Et de nomiatis duo dicas. Primo qui ſunt cōtract⁹nominati & exēpla de hoc. Secundo quare dicant̄ nominati. nominati ſūt illi qui habent ſuū nomē ꝑpriū

& ſingulare datum & attributum a lege ut ecce uendo tibi domum meam pro precio .C. librarum Bonoñ. iſtud negocium baptizatur a lege & nuncupatur emptio & uenditio.ut.ff.de pactis.l. iuris gentium in prici.&.ff.de preſcrip. uerb.l.naturalis.primo reſponſo. & eſt iſtud nomen proprium illius negocii in tantum ꝙ aliud negocium non poſſet ſibi aſſumere iſtud nomen. Item eſt ſingulare. quia iſtud negocium.ſ. cum uendo tibi domum pro.C.non poſſet ſibi aſſumere aliud nomen.unde non poſſet dici locatio nec cōmodatum. Et ſic aliud nomen non poſſet ſibi aſſumere.

Datur aliud exemplum.ut ecce do tibi domum ad penſionem uſq; ad annum pro.x.libris. iſtud negocium nominatur locatio & conductio & eſt ſuum nomen proprium & ſingulare quia aliud negocium non poſſet ſibi aſſumerẽ iſtud nomen.nec iſta locatio poſſet ſibi aſſumere aliud nomen.Et non credas pueriliter ut quidam credunt ꝙ locatō & conductio ſint duo contractus.ſed eſt unus tantum ex quo naſcuntur due obligationes.Item datur exemplum conceſſi tibi librum ad corrigẽdum tuum.tale negocium eſt contractus nominatus & dicitur commodatum. & de natura huius dic ut habes notatum in aurora ſuper inſtrumento commodati. Item eſt aliud exemplum.dedi tibi librum meum in cuſtodia.tale negocium dicitur depoſitum & de natura huius etiam habes in inſtrumento depoſiti. Item eſt aliud exemplum.ſi numero tibi ex cauſa mutui.x. tale negocium eſt contractus nominatus & dicitur.mutuum.& de natura eius require in tertio capitulo de debitis.

Item datur exemplum.ego & tu communicauimus bona noſtra ad inuicem. tale negocium eſt contractus nominatus.& dicitur ſocietas.& de natura ſocietatis.ſ.quid ſit ſocietas & qualiter contrahatur ſocietas & de quibus rebus & quibus modis finiatur non dico modo propter breuitatem.ſed dicam deo dante in inſtrumento ſocietatis. Item datur exemplum tale dedi tibi librum meum ſub pignore pro.x.quas mihi mutuaſti. tale negocium dicitur pignus.& eſt contractus nominatus.ut.ff.de pac.l.i.§.fi. Et nota hic ꝙ ſi do rem pignori datur mihi pignoraticia actio directa ad pignus repetendum ſoluto toto debito uel alias ſatiſfacto.non ante.ut.ff.de pigno. l.ſi rem.§.omnis pecunia. Sed quero an naſcatur iſta actio.ſ.pignoraticia ex ſolutione debiti. Et certe dicit Ac. ꝙ non ſed ex contractu dudum inito hodie naſcitur actio. ſicut eſt uidere in actione tutele que naſcitur demum finita tutela.ſed non ex geſtione male facta.ut ff.de tu. & ra. di.l. ſi tutor in fine.&.l.ſeq. Item eſt ſimile in actio.ex ſtipulatione pro dote.nec enim naſcitur niſi finito matrimonio uel niſi uir uergat ad inopiam.nec tamen naſcitur ex diſſolutione matrimonii.ut.ff.ſolu.matri.l.hec actio.Sed quidam dicunt in predictis caſibus actionem prius naſci.ſed non poſſe intentari niſi poſtea. An ergo preſcriptio prius currat circa actionem pignoraticiam q̃ naſcatur.Reſpondet glo.domini Acur.ꝙ non quia agere non ualenti non currit preſcriptio.ut.C.de an.excep.l.i.in fi.Item nota ꝙ datur contraria pignoraticia creditori contra debitorem ſi alienam rem pignorauit uel malicioſe in pignore uerſatus eſt. ut quia ſciebat rem ſe non poſſe obligare. quia uetita a teſtatore erat obligatio.ff. de pignori.actio.l.ſi rem alienam.i.ꝶ. Sũt & alii contractus nominati ut ſtipulatio ut.ff.de pact.l.i.in fine. Item donatio eſt contractus hodie nominatus ſm̃ quoſdam cum naſcatur hodie in ea obligatio ſolo pacto & conſenſu.ut. C. de donatio.l.ſiquis argentum.§.penulti.&.ff.de rerum permutat.l.i.§.item emptor

Viſo ergo qui ſunt nominati contractus per exempla. uidendum eſt quare dicantur nominati. & rationem litere hic tantum reddam.quia hoc infra melius exemplificabitur. Dicuntur ergo nominati quia ſpeciale nomen ſibi & ꝓprium aſſumpſerunt.ut. ff. de pact.l.

UVA. BHSC. IyR_072

iuris gentium. in prin.

## De contractibus innominatis.

Iſo denominatis. Sequitur uidere de innomiatis. Et dicam duo uobis ex eis. Primo qui ſunt cōtractus innominati. Secundo quare dicuntur innomiati. Poſtea tertium extra litteram tangam. Contractus inominati comprehenduntur ſub iſtis quatuor uocibus ſub do ut des. facio ut facias. do ut facias. facio ut des. Et dat̄ de primo exēplum. ꝯueni tibi dare librum ut dares equum contractus innominatus eſt comprehenſus ſub uoce do ut des. & nota ꝙ talis cōuētio eſt nuda nec ego ſum aſtrictus tibi ad dandum nec tu mihi. ut. C. de re. permut. l. ex placito. & hoc eſt uerum quando res non eſt data ab aliqua partium ſed re data ab una partium ueſtitur conuentio rei interuentu a ꝑte dātis. ut. ff. de pac. l. iuris gen. §. ſed ſi aliū. & naſcitur actio danti contra accipientē preſcriptis uerbis que datur ad intereſſe meum uel ut des quod conueniſti. Et ſi maluero poſſum repetere quod dedi ꝑ conditiōem ob cauſam. ut. ff. de preſcriptio. uer. l. naturalis. ſi autem do rem.

Item nota qđ dixi conueni dare ut dares pacto ſimplici. non autem dico ꝙ ꝓmiſſum fuerit per ſtipulationem. quia tunc eſſet contractus nominatus. ſ. ſtipulatio & ſtatim naſceretur actio ex ſtipul. ut. C. de re. permu. l. ex placito. Et poſſet aſſimilari iſte contractus innominatus. ſ. do ut des uenditioni. In uenditione enim datur precium ut res detur non tamen poteſt dici ꝙ ſit uenditio. qa uenditio eſſe non poteſt ſine pecunia numerata. ut inſti. de emp. & uen. §. item p̄cium in pecunia. De ſecūdo dat̄ exēplum. ſ. de facio ut facias. ut ecce conuenio tecum uel paciſcor de edificando domum in tuo ſolo ut tu edifices ī meo. uel conuenio de ſcribendo librum tibi ut tu mihi ſcribas. contractus innominatus ē ſub uoce facio ut facias & eſt talis conuentio nuda etiam ut dixi ſupra in alia. Nec ego ad faciendum tibi nec tu mihi aſtrictus es facto nondum adimpleto ex aliqua parte. Si autem feci quod conueni ueſtita eſt conuentio ex parte mea & naſcitur mihi actio preſcrip. uerborum contra te. ut facias quod conueniſti. uel ut intereſſe meum mihi preſtes. ut. ff. de preſcrip. uer. l. naturalis. §. ſed ſi facio ut facias conditio ob cauſam non habet locum quia facta non repetuntur. & caue tibi quia dico conueni uel pactus fui tecum. non dico ꝙ ſtipulatione fuerit ꝓmiſſum quia tunc eſſet nata actio in continenti propter ſtipulationem interpoſitam. ut dixi in caſu precedenti. & poſſet iſte contractus aſſimulari mandato. non tamen eſt mandatum. ut. ff. de preſcrip. uer. l. naturalis. §. ſed ſi facio ut facias in uer. ſi hoc titius. Datur exemplum de tertio ſcilicet đ do ut facias. Circa quod ſic diſtinguas. quia ſi do tibi ut facias aliquid aut eſt tale factum quod conſueuit locari illud quod debes facere. utputa debeo tabulam pingere uel librum ſcribere. iſta enim locantur tota die & tunc ſi do tibi pecuniam pro illo facto certe erit contractus nominatus ſcilicet locatio & conductio. Si autem do tibi rem aliam puta equum uel uinum pro illo facto. quod facere debes eſt contractus innominatus ſub uoce do. ut facias que conuentio nuda eſt antequam dem rem tibi. ut dixi in aliis in aliis ſupradictis. ſed re ſecuta ueſtita eſt conuentio ex parte mea. & datur mihi preſcriptio uerbis actio ad id quod mea intereſt quia non facis quod facere debes. uel conditio ob cauſam ad repetendum quod dederam. ut. ff. de reſcrip. uerb. l. naturalis. §. aut cum do ut facias. Si autem eſt tale factum quod non conſueuit locari. utputa do tibi ut manumittas ſeruum. tale enī negocium non conſueuit locari. tunc ſi non manumittas infra ſtatutum tempꝰ a nobis uel ſi non fuit ſtatutum tempus nō manumittas infra tēpus legale quod eſt duoꝝ menſium. ut. ff. qui ſine manu. ad liber. ꝑueni. l. fi. ſiue dedi rē ſiue pecuniā etiā ſi in iſto caſu innoiatus ꝯtractus

UVA. BHSC. IyR_072

eſt & datur mihi preſcriptis uer. actio. ad intereſſe uel conditio ad repetendum quod dedi.ut.ff.de preſcrip. uer.l.gene ralis.§.at cum do.Quanq̄ uidetur in p̄ dicto caſu proximo diſtingui quando datur pecunia quia ſi datur pecunia ut ſpecies & ille non manumittat infra tem pus uel peniteam ante manumiſſionem qd' poſſum habeant locum predicte a ctiones. Si autem detur ut quantitas pecunia & ille non manumittat infra de bitum tempus lex faciat eum liberum & tunc non habent locum ille actiones. ſ.conditio ob cauſam.& preſcriptis uer. ut no.in preal.§.at cum do. Datur ex emplum de quarto.ſ.de facio ut des.con uenio te docere artem notarie ut des de cem corbes frumenti iſte eſt contractus innominatus ſub uoce facio ut des & ca ue quia dico ꝙ cōueni facere ut dare ali am rem q̄ pecuniam quia ſi dares pecu niam caderet in alium contractum.ſ. lo cationis & conductionis.ut dixi ſupra in alio exemplo. Ponamus ergo ꝙ feci quod conueni & tu non das ꝙ conueni ſti.certe in iſto contractu datur actio de dolo.ut.ff.de p̄ſcrip.uer.l. naturalis.§. qd' ſi faciam ut des. Et que ſit ratio ꝙ in aliis tribus datur preſcript.uerb. in iſto aūt dat̄ de dolo.ibidem notatur quod n̄ dico propter breuitatem.ſed & in predi cto caſu datur quandoq; preſcript.uer. actio.ut dicto.§.not.& etiam notatur in inſtrumento locationis deſeruiendo ca pitulo quinto. Viſo ergo qui ſunt in nominati contractus.uidendum eſt qua re dicantur innominati & littera reddit ratiōem unam.quia nomina eorum ſunt ita nominata & uaga ꝙ non uni nego cio tantum ſpecialiter attribuuntur ſed poſſunt attribui multis nominatis & in nominatis & ideo quia nomina multum uaga habent innominati dicantur. ſed nominati ſumpſerunt ſua nomina ſpecia lia que non poſſunt aliis attribui. Sed ſi opponatur nonne permutatio ſatis uide tur habere elegans nomen. Reſpondeo permutatio eſt generale uerbum perti nens ad uenditionem & ad omnem con tractum ubi hincinde aliquid accipitur ſed alii nominati ſumpſerunt ſua nomi na ſpecialia.At cū datur certa ſpecies ꝓ altero caruit noī ſpeciali Nam plura ſūt negocia q̄ uocabula. ut.ff.de preſcript. uer.l.natura. Sicq; re tinuit generale no men. unde dicit innominatus ſcilicet no mine ſpeciali & not.hoc.C.de rerum p̄ mu.in glo.poſita.s̄.in rubri.Potes & ali ter reſpondere huic opinioni.ſ.ꝙ illi di cantur contractus nominati ex quibus naſcitur actio in continenti cum ſint ce lebrati.ut in emp.& uendi.& in cōmoda to & ſimilibus.at in permutatione nō na ſcitur actio niſi re ſecuta & tunc naſcitur actio ex pacto preambulo non autem ex datione rei.& ſic eſt ſecunda ratio quare dicantur contractus innominati. que ratio eſt.ff.de pact.l.iuris gentium.§.i. in gloſa ibi poſita.& in inſti.de empt.& uendi.in.§.item precium. Extra litte ram quero primo quomodo cognoſcun tur iſti duo contractus īnominati.ſ. quā do ſit facio ut des.uel do ut facias. Reſ pondeo ſi primo conuentum eſt de dan do ut fiat eſt do ut facias Si primo de fa ciendo eſt facio ut des.ut not.ff.de pre ſcrip.uer.l.naturalis.§.at cum do. Se cundo extra litteram collige optimā dif ferentiam inter contractus nominatos & innominatos que talis eſt.in contra ctibus nominatis nō habet locum regu lariter penitentia. Vnde ſi uendidi tibi rē pro decem uel locaui. & uelim penite re non poſſum.ut.C.de actio.& oblig. l. ſicut. Fallit quandoq; ut in mandato. ut in inſti. de manda. §. recte. Item in ſocietate.ut.ff.pro ſocio. l.ſed & ſocius. §. fina.Item in depoſito. Nam ſi depoſui penes te aliquam rem. ut poſt mortem tuam tantum eam mihi reddas poſſum & ante mortem tuam repetere ſi muto uoluntatem.ut.ff.depoſiti.l.i.§.penul ti. Sed in contractibus innominatis locum habet penitentia. utputa dedi ti bi aliquid ut romam uadas. ego dans poſſum penitere. & datum repetere in dempnitate tamen tua ſeruata. Nam ſi tua intereſt accepiſſe non ob hanc cau

UVA. BHSC. IyR_072

ſam.uel quia ſumptus iam ob hanc cau/
ſam feceras . ut quia emeras marticā uel
alia neceſſaria ad proficiſcendum habe/
tur ratio indempnitatis tue.ut.ff.de con
di.ob cau. dam.l. ſi pecuniam in prin .
& ſi tibi de indempnitate tua ſatiſfaciam.
res illas emptas cauſa itineris pro quibꝰ
ſatiſfeci indempnitati tue ad te condice/
re poſſum.quia ſic dampnum habere nō
debes ita nec lucrum ſentire.ut.ff.de cō
di.ob cau.l.ſi pecuniam.§.ſed ſi accepe/
rit . Item no. ꝙ poſſum petere in iſtis
contractibus innominatis re integra.i.
antequā iueris romam.uel anteq̄ ichoa
ueris ire.poſtea non. ut.ff.đ condi.cau.
dot.l.quid ſeruus. Item nota ꝙ qui de
dit poterit repetere qui autē accepit nun
quam poteſt . quia dans iam adimpleuit
contractum a parte ſua. Et nota idem eſ
ſe in do ut des & in permutatiōe.ut hoc
notatur.ff. de conditio. cau.dot.l.ſi pe/
cuniam. Item nota ꝙ dicunt gloſato/
res ꝙ ea ueniunt in iſtis contractibus in
nominatis regulariter qui ueniunt ĩ iſtis
nominatis quibus aſſimilant̄ .ut ecce do
ut des ſimilatur uenditioni. Sed ſi uende
rem tibi domum pro decem & res uen/
dita periret dolo uel culpa mea teneor .
ut in inſtitutꝭ.de empti. & uendit.§.cum
autem precium.Si uero accipio rem tu/
am ex contractu innominato ut dem li
brum meumꝰ & pereat propter culpam
meam teneor.ut no.ff.de preſcrip.uer.l.
naturali ĩ fine .

Sequitur uidere de magis innomina/
tis contractibus.

Ictum eſt de nominatis & inno/
minatis contractibus. Sequitur
uidere de magis innominatis
contractibus. Magis innominati con
tractus dicuntur pacta quod uocabu/
lum eſt ita largum & generale ut poſ/
ſit attribui nominatis & innominatis cō
tractibus. ut.ff. de pac.l.labeo. unde ſi
queratur a te de emptione & permutatio
ne qui contractus ſint.& tu uelis reſpon
dere eſt quoddam pactum . bene ꝑotes
hoc reſpondere quia ita eſt largum uo/
cabulnm qđ optime conuenit illis no/
minatis & innominatis contractibus .
Item pactum eſt tam generale uocabu/
lum ut nedum reſpiciat ea que inducūt
obligationem ſed etiam ea que diſſoluūt
eam ut dicantur pacta.ut.ff.de pactis.l.
tale pactum . unde dicit lex conuentio/
nis nomen quod in idem recidit cum pa
cto adeo generale eſt ut nullus ſit con/
tractus nullaq; obligatio quin habeat in
ſe conuentionem.ut.ff.de pac.l.i.§ con
uentionis uerbum.

Sequitur tertia pars tituli que incipit
Viſis igitur &c.

Sta eſt tertia pars tituli huius in
qua dicitur ex quibus conſiſtat
contractus. Et certe poteſt di
ci ꝙ ex tribus conſiſtunt ſcilicet ex per/
ſonis niſi perſone enim eſſent non poſſet
eſſe contractus. Item conſiſtunt ex re
bus ſuper quibus fiant cōtractus.Et no.
ꝙ rei uerbum generale eſt ut compre/
hēdat pecuniam ſpeciem & facta etiam .
ut.ff.ſi cer.pe.l.i.in fi. Item conſiſtūt
contractus ex obligationibus que obli/
gationes habent reddere contractū uti/
lem & efficacem.de quibus eſt uidendū
Et primo de perſonis. Nam parum eſſet
ius noſceř ſi perſone quarum cauſa ſta/
tutum eſt ignoraretur . ut inſti. de iure
natura.genti.& ciui.§.fi.

De perſonis & perſonarum diui/
ſionibus rubrica.Et ſex fiūt diui/
ſiones.

Ictum eſt ſupra infine precedē/
tis rubrice ꝙ contractus ex tri/
bꝰ cōſiſtūt ſcilicet ex pignoribꝰ
& obligatiobibus de quibus omnibꝰ in
tendit liber noſter tractare . Verū qa
ꝑſone ſunt digniores ombnibus de qbꝰ
loquimur.ut in inſti.de iur.gen.natura.
& ciuili.&.ff.de edil.edic.l.iuſtiſſime. &
in uirgilio celeſtiſq; illi origo ē. ut not.
in iſtitu.de iur.natur.gent.& ciui.§.fi.

UVA. BHSC. IyR_072

Pronaq; cum ſpectent añimalia ſingula
terram os hominis ſublime dedit celum
q; uidere iuſſit & erectos ad ſydera tolle/
re uultus. Ideo de perſonis primo uult
tractare. tanq̄ de dignioribus quia di/
gniora ſunt prefrēda. ut. ar. ff. d̄ acqui.
re. do. l. i. Diuiditur autem titulus iſte
in ſex partes. quia ſex ponit diuiſiones
perſonarum. Prima reſpicit ſexum di/
cens. Hominum quidam ſunt maſculi
quidam femine & quidam hermofrodi/
te. Maſculi ſunt qui agunt & gignunt. &
ſic duas proprietates dicunt. i. agere &
generare. Femine ſunt que patiuntur cō
cipiunt & pariunt. & ſic iſta littera attri/
buit eis tria. dicuntur enim pati ſed ma/
ſculi agunt. Item concipiunt ex ſemine
hominis maſſam quandam circa quod
conſueuerunt dicere noſtri doctores
quoddam quod non reputo multum uti
le nec congruum arti noſtre ſcilicet ꝙ
illa maſſa quam concipit mulier ſtat ſex
diebus tanq̄ lac. poſtea nouem diebus
ſtat in ſanguine. poſtmodum in. xii. effi
cit̄ caro. In. xviii. poſtea accipit mem/
bra. unde uerſus. Sex in lacte dies tres
ſunt in ſanguine terni. Bis ſeni carnem.
ter ſeni membra figurant. Item dicū/
tur femine parere unde dicitur. Gaudio
concipiunt cum dolore autem pariunt.

Hermofrodite ſunt qui habent utrum
q; ſexum maſculinum & femininum. ſed
ſi plus incaleſcit maſculino cenſetur ma
ſculus & ad ea admittatur ad que admit/
tuntur maſculi. ut legitur & not. ff. de
ſtatu hominum in. l. queritur. Si autem
plus preualet femineus ſexus cenſetur
femina & ea ſibi denegantur que mulie/
ribus denegata ſunt. que infra ſtatim di/
cam. Et nota ex eo qđ hic dicitur ſi plus
preualet & eſt. preualere & optinere eſt
quod plus eſt. ut. C. de donatio. l. ſanxi/
mus. §. ne autem littera expedita & de/
clarata circa primam diuiſionē. Que/
ro extra litteram quare fuit poſita talis
diuiſio hic. Et reſpondeo ꝙ notabiliter
ponitur ut ex hoc ſciamus ꝙ in multis
eſt deterior feminarum conditio q̄ ma/
ſculorum. ut. ff. de ſtat. homi. l. in mul/
tis. & ut ſciamus ꝙ a multis repelluntur
femine ad que admittuntur maſculi.

Repelluntur enim femine ab officio
iudicandi quia iudices eſſe non poſſunt.
ut. ff. de iudic. l. cum pretor. §. non au/
tem. Item repelluntur ab arbitrio. q̄a
in femina non poteſt compromitti tan/
q̄ in arbitrium ut cognoſcat de iure ad
ſimilitudinem ordinis iudiciorum. v. C.
de recepet. l. fi. Sed an arbitratrix eſſe
poſſit ut cognoſcat amicabiliter & tan/
q̄ uir bonus cognoſceret. colligebat do/
minus meus Franciſcus ꝙ ſic per preal/
lega. l. fi. C. de recep. ex eo quod ibi legi
tur ꝙ mulieres ſeparentur ab omni iudi
ciali agmine. ſed arbitrator non ſeruat
ordinem iudiciorum. ymo prout ſibi ui
detur de bono & equo terminat nego/
cium. Et ſic ex littera illa dicebat ipſe ꝙ
non prohibebatur eſſe arbitratrix. & eſt
hic in ſua glo. de hoc. Et ita no. hic ꝙ eſt
arbiter & arbitrator. arbiter enim qui
cognoſcit ordine iuris ſeruato. coram eo
enim datur libellus ſicut coram iudice
ordinario ut no. C. de lit. conte. auten.
offeratur. &. ff. de arbi. l. i. qui libellus
ſcribitur in actis per tabellionem quem
arbiter debet habere qui ſcribat totum
proceſſum ſicut fit in iudiciis. & poſtea
lis conteſtatur ſuper dicto libello & iu/
ratur de calumpnia ab utraq; parte &
ſcribitur conteſtatio & iuramentum in
actis. & dantur termini & fiunt probatio
nes & omnia ad ſimilitudinem iudiciorū
debet iſte arbiter per tractare. ut. ff. de
arbit. l. i. & a dicto iſtius non appellatur
ymo ſtari oportet. ſiue equum ſiue ini/
quum ſit. & ſibi imputet qui compromi/
ſit. ut. ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. arbi/
trorum. &. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de
arbit. Arbitrator ē qui cognoſcit ami
cabiliter. nec tenet̄ ſi n̄ uult ſeruare or/
dinem iuris ſed ueritatem iniquirit a
partibus & ab amicis utriuſq; partis pro
ut ſibi uicetur. de bono & equo determi
nat negocium. & poteſt aufferre quan/
doq; de re unius & dare alteri ſi ſibi ui/
detur. ut hoc not. ff. de arbitr. l. pompo/
nius ait. §. recepiſſe. uerum eſt ſi inique

UVA. BHSC. IyR_072

dixerit iſte arbitrator. bene poteſt peti
ꝙ reducatur dictum ſuum ad arbitrium
boni uiri.ut.ff.pro ſocio.l.ſocietatem.§
arbitratorum·Et intelligas qđ hic dici-
tur ꝙ reducitur ad arbitrium boni uiri
ideſt iudicis.ut.ff.de uerbo.obli.l.conti
nuus.§. cum ibi & taliter bene poteſt in
femiam compromitti.ſ. ut ſit arbitratrix
hec.d.Fran. Sed hic poteſt queri de
quoddam qđ ſepe accidit ſi pignora fue-
rit data iniquo arbitratori. & petitum ſit
dictum ſuum reduci ad arbitrium boni
uiri & ipſe uelit pignora retinere pro ſē-
tencia quam dicet iudex an poſſit.& di-
cit.d.ac.ꝙ non.ar.ff.iudi.ſol.l.ii.&.l.pe
nult. Item poteſt queri an is qui ini-
que arbitratus eſt.& uelit iterum arbitra
ri ipſe idem an poſſit.& ſuper iſta queſti
one dicit.d.Ac.argumentando ꝙ non.ff
de arbitris.l.dicere.&.l.quia.ff.de re iu-
di.l. iudex. Et econtra uidetur ꝙ poſ-
ſit.C.quomodo & quando iudex.l. ſi ut
proponas &.ff.de arbi.l.qui tamen. Itē
repelluntur femine a procuratiōe. quia
procuratrices eſſe non poſſunt.ut.C. de
procura.l.aliena.pro parentibus autem
ſuis permittitur eis quandoq; agere ut ſi
parentes morbus aut etas nimia impedi
at agere.nec habeant quemquam idone-
um qui agat pro eis.ut.ff.de procu.l. fe
minis.& nota.inſti.de exceptio.§.prete-
rea. Item intelligas uerum ꝙ femina
non poteſt eſſe procuratrix ad iudicia
ſed ad negocia ideſt ad uenditiones & lo
cationes & ſimilia bene poteſt eſſe.ut.ff.
manda.l.idem que.§.papinianus.eodem
q; libro ſcripſit & de inſtitutoria.l.ſed &
ſi quis.§.potius.Item repelluntur femi-
ne a poſtulando pro aliis.ut.ff.de poſtu
la.l.i.§.ſexui.& eſt ratio quidem prohi-
bendi ne contra pudicitiam ſexui con-
gruentem alienis cauſis ſe immiſcant.
Et ne uirilibus officiis fungātur. Cau
ſa autem prohibendi introducta eſt a
Calfurnia improbiſſima femina que in-
uerecunde poſtulans & magnatum in-
quietans cauſam dedit edicto ut in pre-
dicto.§.ſexum. Item repelluntur femine
a teſtimonio in teſtamentis. ut in inſti.đ
teſta.§.teſtes. In aliis autem contracti
bus bene recipiuntur.ut.ff.de teſta.l.q
teſtamenta.§.mulier.Et eſt ratio ne fal-
ſitas poſſet in teſtamentis committi.ut.C
de fideicommiſſ.l.fi.quia femine ſunt in-
conſtantes & fragiles. Item repelluntur
femine a tutela ſeu cura. ut.C. quando
muli.tute.offi.fungi poſſit.ut.ff.đ tuto.
l.fi. Matri tamen & auie permittitur
accipere tut.filiorum.nepotum ſuorum
ut.in auten.matri & auie.C.quando mu
lier tute.offi.fun.poſſ.ſecundum ordi-
nem tamen ut primo mater ſecūdo auia
admittatur.& tunc talis tutrix debet re-
nunciare ſecundis nuptiis.Item uelleya-
no ſe cō.& omni alio auxilio. ut in autē.
ut ſine prohibitione matres.§. quia ue-
ro.unde tu tabellio qui facies inſtrumē-
tum quādo mulier ſuſcipit tutellam ſem
per omnia iſta ponas in inſtrumēto eiuſ
dem tutele.Vnum tamen ſcias ꝙ renun-
ciatio quantum ad hoc ꝙ ipſa renunciat
ſecundis nuptiis non ualet quia non ob-
ſtante tali renunciatione poterit facere
ſecundas nuptias.tutelam tamen amittit
ſalua minoribus omni iuris cautela. ut
in auten. ut ſine prohibitione ma.§. ſed
quia.E licet non ualeat talis renunciatio
in inſtrumento tamen habet filius ut.ſ.
dixi. Quare autem uelleiano habet re-
nunciare dicam.ī.de renunciat. Item
nota iſta tutrix prefertur omnibus ali-
is tutoribus preterquam teſtamentariis.
ut prealleg.auten.matri & auie. Item
nota quoddam de quo queritur. quia ſi
mater & auia uolunt habere tutelam poſ
ſunt.non autem compelluntur. quod ē
notabile.quia ſepe matres nolunt habe-
re tutelam cum ſit onus graue & impli-
citum.quod probatur in auten.matri et
auie. dum dicit ibi textus. matri & auie
permittimus ſubire tutelam uel curam.
Dicunt doctores ergo non coguntur ex
quo dicit permittimus.Verum eſt ꝙ om
nes alii tutores quibus defertur tutela
uel cura uel legittima alia coguntur eā
ſubire.ut not. in inſti.de tut. in princi-
pio niſi iuſtam habeant excuſationem.
quam poſſunt habere multis de cauſis.



UVA. BHSC. IyR_072

ut in inſtit.de excu.tuto.i.℞.& per totū

Item nota ꝙ non repellitur mater uel auia a tutela filiorum licet ſit dbitrix uel creditrix ipſorum & debitum manet in ſua natura quod non eſt in aliis tutoribus qui ſunt debitores uel creditores pupillorum in quibus & ſi ſcitur a principio repelluntur.& ſi neſcitur & admittuntur quia ſi ipſi taceant creditores perdūt creditum ſuum & debitores non liberātur a ſolutione debiti ut.C.qui dare uel qui dari curatores poſſunt auten.minores.& de hoc ibi plene not.& dicam deo dante ſuper inſtrumento tutele in.vii.capi.de hoc plene.Item nota ꝙ in principio tutele materne uel auie fieri debet inuentarium.Item debet dare fideiuſſorem qui promittat rempublicam ſal.fo.ut in auten.ut ſine prohibitione matres.§.ultimo.niſi eſſent facte tutrices in teſtamēto Tunc enim non ſatiſdaret ſicut nec alii tutores teſtamentarii.ut inſti.de ſatiſda.tuto.& cu.in prin. Item femine accuſare non poſſunt de publico crimine.ut in homicidio & ſimilibus publicis criminibus.niſi ſuam uel ſuorum iniuriam ꝓſequantur.uel mortem propinquorum deſcendant.ut.ff.de accuſa.l.qui accuſare.&.l.hii tamen.& de hoc plenius dicetur in cap.de iudi.in.℞.de accuſatore & accuſa.item femina non agit populari actione.ut.ff.de popu.act.l.multi. Et eſt popularis actio cuius executō datur cuilibet de populo.ut.ff.de popu.acti.l.i.

Vnde ſi aliquis corrumpit album pretoris datur actio in eum quinquaginta argentariorum que eſt popularis nam quilibet de populo poteſt eam intentare ut.ff.de iuriſdi.omni.iudic.l.ſi quis.& ſi duo ſint qui uelint ambo agere populari actione magis idoneus eſt preferendus. ut.ff.de actio.popu.l.i. Et ille cuius intereſt primo agit populari actione. ut.ff.de his qui de re uel effu.l.ſi uero.§.hec autem actio. Item deterioris conditionis eſt femina q̄ maſculus in fideiuſſione.quia non poteſt fideiubere. ut.ff.ad uelley.l.prima.Item deterioris conditionis eſt femina q̄ maſculus in depoſitione teſtamoniorum. unde ſi maſculus & femina ſint heredes alicuius maſculus uelit tenere teſtamentum & femina etiam penes maſculum debet deponi & ꝑfertur femine in hoc.ut.ff.de fide inſtrumento.l.ſi. Item deterioris conditionis eſt in hoc quia filios non habet in poteſtate.ut inſtitu.de adopti.§.femine.Sunt & alii caſus in quibus deterior eſt condi feminarum q̄ maſculorum quos non dico propter breuitatem ꝙ quia non ſunt multum utiles. Patet igitur ex predictis ꝙ multis iuris noſtri articulis deterior eſt conditio feminarum q̄ maſculorum.ut.ff.de ſta.homi.l.in multis. E contra femina quandoq; femina eſt melioris conditionis q̄ maſculus in impetrando ueniam etatis.Circa ꝙ ſcire oportet q̄ aliquando minores deſiderant gubernare paternam ſubſtantiam uel auorum patrimonia quod bene facere non poſſunt impediente minore etatis & ſi cōcedatur poſſunt poſtea agere contrahere & in his que faciunt non petunt reſtitutionem in integrum. ut.C. de his ue. etatis impe.l.i. Alienare tamen predium non poſſunt ſine decreto etiam uenia petita etatis. ut.l.ii.C.de his qui ue.eta.impe. Et hanc ueniam etatis petunt femine poſt.xviii.an.maſculi uero poſt.xx.tantum ſunt meliores conditionis femine q̄ maſculi.& eſt ratio quare minori tempore petat femina q̄ maſculus ueniam etatis.quia citius creſcit mala herba q̄ bona.& citius eſt ſubdola & auara femina.ut.ff.ad uel.l.ſed.ſi ego in fin.

Item maſculus quando impetrat ueniam habet probare ydoneitatem morum.Femina autem numerum annorū tantum probare ideſt ꝙ habeat.xviii.annos ratione ſuperius dicta.ut.C. de his qui ue. etatis impetrauerunt .l.ii. Qua autem forma habeat fieri iſta impetratio etatis longum eſſet dicere.& ideo omitto.

Secunda diuiſio & cetera.

UVA. BHSC. IyR_072

Jctum eſt ſupra de diuiſione ſe-
quitur de ſecunda que talis eſt.
Perſonarum quedam ſunt nate.
quedam naſciture. Nate ſunt que ſunt
ſeperate ab utero matris & ediderunt in
lucem idem nate ſũt uiue. qui enim mor
tui naſcuntur non uidẽtur nati. ut. ff. de
uerbo. ſigni. l. qui mortui. nec talis qui
mortuus naſceretur rumperet teſtamen
tum patris. licet non fuiſſet facta mentio
de eo in teſtamento illo. ut. C. de poſtu.
here. l. ii. Naſciture ſunt que conce-
pte adhuc in utero matris ſunt. & hi pro
iam natis habentur. quotiens de commo
dis ipſarum tractatur. ut. ff. de ſtatu ho.
l. qui in utero ſunt. puta ſi eis aliquid de-
legetur & ſi tractetur de inſtituẽdo eos.
nam poſſunt inſtitui. & poteſt eis legari
ſcilicet ſi nati eſſent. ut in inſtit. de leg. i.
§. poſtumo. Extra litteram etiam quero
quam utilitatem conſequamur ex tali di
uiſione. Reſpondeo magnam quia ex-
pedit nobis nedum perſonas natas co-
gnoſcere. ſed etiam naſcituras. quam ſi
paterfa. fecit teſtamentum habet inſtitue
re uel legittime exheredare cum cauſa le
gibus approbata omnes filios ſuos maſ-
culos & feminas de matrimonio natos i
poteſtate exiſtentes & emancipatos. ut i
inſtit. de exhere. in prin. & §. noſtra ue-
ro conſtitutio. & niſi ita inſtituantur uel
exheredent̃ non ualet teſtamentum quã
tum ad inſtitutionem. In legatis autem
firmum permanet. ut auten. ex cauſa. &
in predictis. l. plene not. & nedum natos
habet ita inſtituere ſed etiam naſcituros
de matrimonio legittimo debet inſtitue-
re. ut in inſtit. de exhere. §. poſtumi. Et
ex iſta inſtitutione ſcilicet cum dicit quis
inſtituo poſtumos uel naſcituros. Naſci-
turi ex preſenti matrimonio & ex futuro
inſtitui uidentur. ut. ff. de libe. & poſtu.
in. l. placet. & l. ideoq;. Et niſi inſtitueret
ita naſcituros ut dictũm eſt. & poſtea na
ſceretur filius uel filia poſt mortem ſuã
uel in uita ſua. & ipſe teſtator premorere
tur. eius teſtamentum rumperetur quo
ad inſtitutionem. ſed in legatis firmum
permaneret. per auten. ex cauſa. C. de
libe. pt. ſecundum communem opini.
Sed dominus meus franciſcus dice-
bat nil deberi in predicto caſu ſcilicet qñ
filius meus erat preteritus a patre per. l.
i. C. de poſtu. here. & quod dicitur in au
ten. ex cauſa. de here. non ualeret teſta-
mentum quantum ad iſtit. in legatis ſic.
ſubaudiebat exheredatiõis facte a patre
quo caſu non ualet inſtitutio ſed legata
ſic. Nam in tali caſu ſcilicet quando exhe
redatur a patre & non iuſte tũc dicebat
ipſe ꝙ legata bene ualent licet inſtitutio
non. ſed de preteritione facta a patre de
filio dicebat nil deberi ſcilicet de legatis
& qđ ſequitur in auten. ex cauſa preteri-
tionis teſtamentum manet firmum in le-
gatis ipſe referebat ad matrem preterien
tem quo caſu non ualet inſtitutio ſed le-
gata ſic. unde ſi pater pretereat poſtu-
mum uel etiam natum nil debetur ex te-
ſtamento tali ſecundum eum & uidetur
hoc notari ſecundum quod ipſe etiam di
cebat per gloſatorem ordinarium in au
ten. ut cum de appellatiõe cognoſcitur.
§. ſiue igitur. licet in flore noſtro uidea-
tur dici ꝙ legata debeantur ex tali caſu
ſcilicet ꝙ preteritus filius a patre uel na-
tus uel naſciturus licet inſtitutio non ua
leat nec facit differentiam quantum ad
hoc inter exheredationem uel preteritio
nem patris. immo dicit aperte ſiue exhe-
redetur filius a patre & non legittime ſi-
ue preteriatur a patre uel a matre & nõ
legittime non ualet teſtamentum quan-
tum ad inſtitutionem ſed in legatis fir-
mum manet. & hoc uidetur Acu. & alii
gloſatores omnes ſeruare. ex eo quod le
gitur. C. de libe. preteri. auten. ex cauſa.
ut hoc plene notatur etiam in noſtra ſũ
ma & in flore in rubrica de here. inſti. &
in rubrica quibus modis te. rũp. Item
qđ dixi poſtumos inſtuendos non au-
tem exheredandos. quia non poſſunt ex
hereditari hodie cum cauſam ingratitu-
dinis nõ poſſunt obmittere. ut. C. de ioſ-
fi. teſtamen. l. ſiquis nota. C. de liber. pre
teri. l. fi. in fi. Et ita utilis eſt diuiſio ſupra
per quam obligimus ꝙ non ſolum natis
ſed etiam naſcituris neceſſe habemus ꝓ-



UVA. BHSC. IyR_072

uidere. Item nota ꝙ qui ſunt in utero proſunt quandoqꝫ aliis. ut ſi mulier pregnans commiſit delictum propter quod debet damnari differtur pena ſua & cuſtoditur donec pariat. ut. ff. de ſta. homi. l. imperator. Item prodeſt qui in utero eſt matris ſue ut in alimentis. ut. ff. de uētre in poſ. mitte. l. i. in princi. Item nota hoc ꝙ filium in uentre conceptum poteſt mulier per decem menſes & duos dies ad plus in uentre portare & non plus ut in auten. de reſti. & ea que pa. §. fi. Ad minus autem oportet portare mulierem filium in uentre uſqꝫ ad ſeptimum menſem inchoatum non autem dico finitum unde in ſex menſes & una die poſt perfectus partus naſci poteſt. ut. ff. de ſtat. homi. l. ſeptimo menſe. & . ff. de ſuis & legit. heredi. l. inteſtato. §. fi. & predicta ualēt ad multa. nam accidit aliquando aliqueꝫ decedere relicta uxore que aſſerit ſe grauidam ex defuncto et petit ſe poni ī poſſeſſionem bonorum defuncti nomine uētris & alimenta ſibi conſtitui. quod poteſt expreſſe calumnia eius que ſe mitti in poſſeſſionem petit non appareat. ut ff. de uen. in poſſeſſio. mit. l. i. §. ſi ea. Certe ultra duos dies & decem menſes & plus non expectabitur iſta mulier quia plus in uentre portare non poteſt ut ſupra dixi & ſi poſt illud tempus filium pareret non preſumitur conceptus ex illo qui deceſſit quia iam ſunt tranſacti plus q̄ decem menſes & duos dies. ut predictis legibus notari uidetur.

Tertia diuiſio.

Ictum eſt ſupra de duabus diuiſionibus perſonarum. ſequitur de tertia que talis eſt. Omnis homo aut eſt liber aut eſt ſeruus circa quam primo tractandum eſt qui ſint ſerui. ſecundo qui ſunt liberi. Dicitur enim ſeruus ille qui naſcitur de ancilla mea ideſt de ea muliere ſerua quam emeram uel ceperam ab hoſtibus. uel alio modo habebam eam quia mihi legata erat ancilla talis. & dicitur iſte ſeruus eē natiuitate. ut inſtit. de iur. perſonarum. §. ſerui. Nec reſpicitur utrum habuerit patrem iſte talis qui naſcitur de ancilla liberum uel ſeruum. Nam quantuncunqꝫ liberum habuerit patrem exquo naſcitur de ancilla ſerua. ſeruus eſt quia matris conditio inſpicitur in hoc. ut inſtit. de ingenuis. §. i. & per totum. Item ſerui nedum naſcuntur ſed fiunt. Equidem fiunt duplici iure gentium & ciuili. De iure gentium fiunt ſerui captiuitate. contrahentes enim ſtatuerunt ꝙ ſi aliquis capiebat aliquem de hoſtibus ipſe efficiatur ſeruus capientis. ut. ff. de ſta. homi. l. & ſeruorum. intelligas hic ꝙ hoſtes ſunt quibus populus romanus bellum indicit. ceteri nanqꝫ latrunculi appellantur ut. ff. de captiuis & poſtu. reuerſis. l. hoſtes. Iure ciuili fiunt ſerui etiam ut ecce aliquis eſt liber & uult effici ſeruus poteſt de iure ciuili ſi iſta interueniant. Primo ꝙ ſit maior uiginti annis. ut inſtit. de iur. perſona. §. ſerui. Secundo ꝙ patiatur ſe uenundari gratia percipiendi precii. ut inſti. d̄ iur. perſo. §. ſerui. & . C. de lib. cō. l. non ideo uel alio modo in alium ſe transferri patiatur. utputa permutando gratia commoditatis. habende & habeat ut. C. de libe. cau. l. ſi miniſterium. Tertio ꝙ uere habeat partem precii. ut. ff. q. ad libe. procla. non lic. l. i. Quarto ꝙ ille qui emit ignoret conditionem ſuam. habet enim credere ꝙ ſit ſeruꝰ. ut. ff. de libe. cau. libertus. §. ſi quis ſciens. Quinto ut iſte qui patitur ſe uendi ſciat conditionem ſuam. ut. ff. ſi ingenuus etiam dicatur. l. ii. Alias ſi pateretur ſe uenundari credendo ſe eſſe ſeruum cum uere non eſſet. ut quia nutriueram eum a ſua pueritia. exquo credebat eſſe ſeruus ſed rei ueritate erat liber. non preiudicaret ſibi talis uenditio. ut prealléga. l. nota.

Et omnia iſta predicta debent concurrere & ſi aliquod iſtorum deficeret non noceret ei quin prouocaret in libertatem. Sed circa hoc quero an poſſit reſtitui in integrum iſte talis uenditus quando eſt minor. xxv. annis licet debeat eſſe

UVA. BHSC. IyR_072

maior.xx. Reſpondet dom. Acur. ꝙ non
quia tanta ſolennitas que fuit hic obſer/
uata non eſt mutanda & quia non eſt lo
cus reſtitutioni ubi res mutat ſtatum
prorſus amittendo. ut. ff. de mi. ſi ex cau
ſa. §. papi. & de inte. reſtit. l. diuus. Ité
quero an pater uel filius uel aliquis poſ
ſit eum reuocare ad libertatem uel per
officium iudicis quod imploratur a pa /
tre. cum filius ſtat per ſe & ſui ipſius cõ/
trouerſiam facit patri. uel cum detinetur
ab alio ſua propria uoluntate. uel poſſit
reuocari per rei uendicationem adiecta
cauſa de iure romano que etiam datur
patri a quocunq; detineat filius ſponte
det inuitus. ut. ff. de rei uen. l. i. Reſpõ
det do. Acur. non ut. ff. de capit. dimi. l.
inte. §. ſi libertatem. Item quero ſi iſte
uult offerre precium emptori ut liberet
eum. an emptor tenetur recipere. Reſpõ
det glo. non. ut. ff. ſi ingenuus eſſe dica/
tur. l. ii. Sed ſi dominus ſponte accipit
precium & liberet eum retinet ſtatum ĩ/
genuitatis. ut not. inſti. de iur. perſo. §.
ſerui. Extra litteram quero quid ſit ſer
uitus. ſeruitus eſt conſtitutio iuris gen /
tium ideſt unum de ſtatutis iuris genti /
um qua quis contra naturam dominio a
lieno ſubicitur. & bene dicit contra na /
turam quia iur̃ naturali omnes liberi na
ſcebantur. ut not. inſtit. de iur. perſo. §.
ſeruitus. Item quero ſi mulier quando
concipit ſit libera poſtea quado peperit
ſit ancilla. an iſte quem iſta peperit ſit ſer
uus uel liber. Et reſpondeo ꝙ liber idem
eſt ſi quando concipit ſit ancilla quando
autem parit ſit libera. ut iſte quem pepe
rit ſit liber. idem eſt ſi quando concipit
ſit ancilla poſtea efficiatur libera. & ante
quam pariat reducitur in ſeruitutem ita
ꝙ medio tempore tantum fuerit libera
filius erit liber. quia non debet calamitas
matris nocere ei qui in utero eſt ut inſti.
de ingenuis. §. ſufficit autem. Item no
ta ꝙ ſeruorum multe ſunt diuiſiones. nã
quidam ſunt in dignitate quidam non.
In dignitate ſunt aliqui qui ſunt caſtaldi
domini ſui. Quidam non habent digni /
tatem ut uiliſſimi ſeu compediti ſerui qui
non faciunt aliquid niſi ꝙ ſtant ignati
uel faciunt uilia. ut inſtit. de iniuriis. §.
ſed pena. Item nota quod dixi de di /
gnitate non intelligas de dignitate ſeu
honore publico quia ſerui ad talia aſpi /
rare non poſſunt. ut. ff. de regulis iuris.
l. ſeruus. Item quidam dicuntur or /
dinarii. quidam uicarii. Ordinarius eſt
qui ſub ſe habet alium ſeruum qui emit
de peculio ſuo qui emptus dicitur uica /
rius. ut inſti. ꝙ cum eo. §. cum autem.
non tamen unus magis eſt ſeruus q̃ al/
ter. quia. ut. C. de nudo iure queritur
tol. l. i. Nam quidam habebant nudum
dominium in ſeruis olim quidam plenũ.
quidam ſemiplenum. Viſo de ſeruis.
ſequitur uidere de liberis. Liberi ſunt
qui nati ſunt de liberis parentibus ideſt
de matre & patre uel ſaltem de libera ma
tre non inſpecto patre. quia matris con/
ditio in hoc caſu reſpicitur. ut inſti. de
ingenu. in prin. Et quod hic dicitur ĩ
littera liberi ſequuntur cõditionem ma/
tris intelligas quantum ad libertatem &
ſeruitutem. Quo autem ad honores &
poteſtatem ſequuntur patrem. ut. C. de
rei uendi. l. partum. & ff. de ſtatu homi.
l. cum legittime. & l. cum paulus. Et
iſti liberi ſubdiuiduntur. quia alii ſunt
ingenui ideſt plene liberi qui nunq̃ ha /
buerunt maculam ſeruitutis. Alii li /
bertini qui iam fuerunt in macula ſerui/
tutis aſperſi modo nõ ſunt. Ingenui ſunt
qui ſtatim ut nati liberi ſunt ut dictum
eſt ſiue nati ſint de patre & matre inge /
nuis ſiue nati ſint de matre libera & pa /
tre etiam ſiue nati ſint ex matre libertina
patre uero ingenuo uel ſeruo. ut inſtit.
de ingenuis. in principio. Et iſti ingenui
non ſunt aſtricti ad aliqua obſequia ali
cui ſed capite eleuato poſſunt ambulare
per mundum. Libertini ſunt qui ex
iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt ideſt ex
uera ſeruitute ut quia ille qui manumit/
titur uere erat ſeruus. Nam ſi uere non
fuiſſet ſeruus. ſed tanq̃ ſeruus detentus
& defacto manumiſſus non faceret euꝫ
libertinum. ut inſtit. de inge. §. ſi. quaſi
diceret illi qui uere fuerunt ſerui & ma/



UVA. BHSC. IyR_072

numiſſi ſunt a domino ideſt extra manū & poteſtatem diu dimiſſi liberando eos a ſe libertini dicuntur. Poteſt enim dominus ſeruum ſuum manumittere & eū a ſe liberare multis modis. & per epiſtolam & inter amicos & coram pretore. & in ultima uoluntate. ut inſtitu. de liber. §. multis autem modis. quos modos non expono propter breuitatem. Extra litteram ſcias ꝙ iſti libertini licet liberi ſint quantum ad omnes homines & quātum ad matrimonia & alia. ut in autenti. ut liberi de cetero. §. i. tamen patrono ſuo ſunt aſtricti ad obſequia multa & ipſa natura & ſine impoſitione aliqua. Debent enim aſſurgere patrono ſuo & honorem & reuerentiam ei preſtare. Item non poſſunt eum uocare in ius ſine uenia. Item alimenta preſtare ei & ad multa alia tenentur ipſa natura. licet patronus non imponat iſta quando eos manumittit. ut. ff. de conditioni. indebi. l. ſi nō ſortem. §. libertus in princi. Item non debent libertini facere iniuriam patrono. & ſi fecerint poteſt eos reuocare tanꝗ ingratos in ſeruitutem etiam propter leuem offenſam in faciendo commiſſam ut. C. de liber. & eorum libe. l. ii. ſecus ſi non preſtarent obſequia patrono de quibus dictum eſt quia propterea non reuocantur in ſeruitutem. ut. C. de liberali cauſa. l. ſolo niſi opportunum erat obſequium quia famen habeat patronus. & illi non preſtabant alimenta. ut. ff. de libe. agno. l. alimenta. §. imperatores. ſed poteſt cōminari eis quando non preſtant obſequia ut. ff. de iurepatro. l. ingratus.

Iem poteſt queri hic quid ſit libertas. Et ē libertas naturalis facultas ꝙ cuiq; facere liber. niſi ꝙ ui aut iure prohibetur.

Item etiam quero an ſtatu liber ſit ſeruus uel liber. Et eſt ſtatu liber ille cui eſt relicta libertas ſub conditione. ut ſi dicat teſtator relinquo libertatem raynuntio ſeruo meo ſi papa uenerit bononiam pendente conditione. iſte dicitur ſtatu liber. & determinat gloſa Acur. ꝙ ſit ſeruus per legem. ff. de ſtatu liber. lege ſtatu liber. Itē quid ď aſcriptitio & eſt aſcriptitius qui eſt ſolo alicuius per ſcripturam aſtrictus. & fit iſte aſcriptitius gemina ſcriptura interueniente una uidelicet per quam promittat ſolenniter domino non recedere a ſolio ſuo & per iſtam conſtituitur non tamen probatur per iſtam eum eſſe aſcriptitium. Eſt & alia ſcriptura neceſſaria in qua confiteatur ſe eſſe aſcriptitium & per iſtum probatur eum aſcriptitium. & aſtringitur iſte aſcriptitius ad certam partem fructuum domino puta tertiam uel quartā ſ͛m quod conueniunt ad inuicem ut iſta probantur inſumma de agri. & cenſi. circa principium. Et de iſto aſcriptitio terminat glo. Ac. ꝙ ſit liber cum poſſit eſſe clericus contra uoluntatem domini ꝙ non eſt in ſeruis. ut. C. de epiſco. & cler. l. iubemus.

Quarta diuiſio eſt quia perſone alie ſunt ſui iuris.

N iſta diuiſione primo uideamus de his perſonis que ſunt alieni iuris. Secundo de his quibus ſunt ſui iuris ſ͛m ordinem inſtitutionum licet in hac littera alius ſeruetur. Nam ſcito que ſunt alieni iuris facile cognoſceretur que ſint ſui iuris. Quia contrariorum eadem eſt diſciplina. ut inſti. de his que ſui uel alie. iuris. in prin. Alieni iuris ſunt ſerui qui ſunt in poteſtate dominorum. uel qui nati ſunt de ancillis eorum uel capti fuerint ab hoſtibus. uel quia permiſerunt ſe alienari ab aliquo de iure ciuili quinq; interuenientibus que debent interuenire. ut. ſ. dixi in alia diuiſione. Iſta enim dicuntur iuris alieni quia in poteſtate dominorum ſunt ut inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iuris. §. in poteſtate dominorum. De iſta eqdem poteſtate quam habent domini in ſeruos ſuos aliqua extra litteram uideamus. Et primo ſciendum eſt ꝙ olim habebant domini maximam poteſtatem. ſ.

UVA. BHSC. IyR_072

vite necisq; quia poterant ſeruos ſuos p/
mittere uiuere & occidere ſine cauſa ſi
uolebant. abſq; aliqua pena quemadmo
dum porcellum ſuum. Sed hodie non li/
cet domino occidere ſeruum ſuum ſine
cauſa. ideo qui occidit ſeruum ſuum ſine
cauſa punitur. l. cor. de ſic. ac ſi occide/
ret ſeruum alienum ut inſtit. de lege ac/
quil. §. liberum cum cauſa autem iuſta
ideſt ſi inueniret eum cum uxore ſua uel
conſimili cauſa poſſet eum ſeruum pro/
prium occidere. ut hoc not. & legitur in
inſtit. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. §. i.
Et nedum hodie poſſunt eos occidere
ſed nec contra eos nimis ſeuere afficien/
do eos fame uel intollerabili iniuria ni/
mis acriter uerberando. Et ſi contra/
rium facerent coguntur eos uendere. &
precium inde habebunt. & recte hoc ſta
tutum eſt. Expedit enim reipu. ne quiſ re
ſua male utatur. ut inſti. de his qui ſunt
ſui uel alie. iur. §. ſed & maior aſperitas
dominorum. Si autem ſeruus non obe/
diat domino poteſt eum dominus bene
corrigere temperate & modice. non au/
tem intemperate. ut. C. de emen. ſer. l. i. &
etiam ſine cauſa poteſt euʒ dominus cor
rigere modice. ſecundum do. Io. ut in p̃
alleg. l. i. de emen. ſeruo. notari uidetur.
Item habent hodie poteſtatem talem
ut poſſint uendere & alienare eos quem
admodum res ſuas faciunt. Item quic/
quid per ſeruum acquiritur domino ac/
quiritur. ut inſtit. per quas perſo. no. ac.
§. i. & §. item nobis acquiritur. Item a
lieni iuris ſunt filii qui ſunt in poteſtate
patris ſui uel aui paterni ſi habent auũ.
Nam hec eſt regula ut qui naſcitur ex
me & uxore mea uel de filio meo maſcu/
lo. & uxor ſua in poteſtate mea eſt & om
nes deſcendentes mei ex maſculino ſexu
ſunt in poteſtate mea. & poſſum filium
emancipare & nepotem retinere in po/
teſtate. ut hoc probatur. in inſtit. de pa.
po. in principio. & qui. mo. patr. pote. fi/
ni. in princi. &. §. admonẽdi. &. ff. de ado
pti. l. liberum. In poteſtate autem ma/
tris non ſunt aliqui quia femine non ha/
bent in poteſtate filios. ut inſtitu. de ado
pti. §. femine. Filia autem mea in pote/
ſtate mea eſt etiam nupta. ut inſti. de ſe/
con. ter. §. i. in fi. ut. C. de condic. inſer. l.
ſi uxorem. Non autem eſt ĩ poteſtate ma/
riti niſi quo ad debitum carnis. Operari
tamen uidetur marito & in ſeruitio ma/
riti eſſe licet ſit in poteſtate patris. ut. ff.
de oper. li. l. ſicut. & ff. de donati. inter
uirum. & uxorem. l. ſed ſi uir in prin.
Sed cui debet operari poſt mortem uiri
ſcilicet infra annum eo ſcilicet tempore
quo dotem in pecunia exiſtente petere
non poteſt. Reſpondeo ſecundum Ac.
ibi debet operari unde & alimentari qđ
unde fiat no. de do. §. ii. additio. Aliud
autem eſt de iure longonbardorum ſe/
cundum ꝙ filia uidetur in poteſtate ma
riti. qualiter mulieri alienare permiſſum
ſit. l. i. Iure tamen romanorum eſt in
poteſtate patris ſcilicet ut ſupra dixi. Fi
lius autem uel filia qui naſcitur de filia
mea non eſt in mea poteſtate ſed patris
ſui uel aui paterni. Item qđ dixi om/
nes filii & nepotes ex maſculino ſexu de/
ſcendentes ſunt in poteſtate patris. in/
telligas uerum eſſe ſi nati ſint de legitti/
mo matrimonio. alioquin ſi naſcerentur
de concubinatu uel alio coitu non eſſet
in poteſtate patris. ut inſtit. de pat. pote/
ſta. in principio. Dum dicit ibi in po/
teſtate noſtra ſunt quos iuſtis nuptiis ꝓ
creauimus. ut inſtit. de nupti. §. ſi. Item
ſcias ꝙ ſi naſcatur filius đ filio meo emã/
cipato qui fuerit cõceptus & natus poſt
emancipationem non eſt in poteſtate
mea ſed in poteſtate filii mei. ſecus ſi
fuiſſet conceptus ante emancipationem
licet fuerit natus poſt emancipationem
quia in poteſtate mea eſſet & non patris
ut inſtit. quibus modis. pat. po. finitur. §
illud autem. Extra litteram ſcias hoc
ius pa. po. in multis conſiſtit. Primo
propter neceſſitatem famis poteſt pa/
ter filium uendere & alienare. ut. C.
de patribus qui filios diſtrahunt.

UVA. BHSC. IyR_072

lege ſecunda. Secundo quia ab eo in ius
uocari non poteſt. ut.C.de in ius uo.l.
ſi.Item tertio cum eo agendo iudicium
pater habere non poteſt niſi in caſtrenſi
uel quaſi.ut.ff.de iudi.l.lis nulla. Item
in iudicio cum alio eſſe non poteſt ſine
uoluntate patris.ut.C.de bo.que liber.
l.fi.§.i.& hoc eſt uerum litigando ſuo
nomine. Sed an quando eſt procura-
tor aliorum i iudicio filiusfamilias quod
eſſe poteſt.ut.ff.de procura.l.filiusfami-
lias.§.ipſe quoq; egeat conſenſu patris
queritur & eſt notabile. uidetur ꝙ non
cum non agat circa peculium .tunc eni
quando agitur circa peculium non poſ-
ſet ſine conſenſu patris litigare. & ita in
telligitur.C.de bon.que libe.l.fi.in prin
ci.Econtra uidetur ꝙ debeat habere qa
non admittit̃ per ſe ſine conſenſu patris
nec pro alio admittatur.nam nemo ad-
mittitur pro alio quin pro ſe admittatur
Sed aliqui bene admittuntur pro ſe qui
pro aliis non admittuntur. ut.ff.de po-
ſtula.l.i.§.i.Et eſt ratio quare conſen-
ſum patris habere debeat.quia filius nõ
uidetur eſſe integer homo ad agendum
ſed medius.Vnde nec preſcriptio ei cur-
rit.ut.C.de an.exce.l.i.in fi. Sed patris
conſenſu reintegratur quod i ſeruo non
poteſt eſſe.cum ipſe nec medius homo
ſit.& ideo non agit etiam domino con-
ſentiente.ut.C.de iur.l.ſeruus.Item pa-
ter non poteſt obligari cum filio ciui.ut
inſti.de inuti.ſtipu.§.item inutilis. Item
quicquid acquirunt filii noſtri ex cauſa
aduenticia & nobis acquirunt quo ad
uſufructum.& illa aduenticia eis inuitis
adminiſtramus.ut inſti.per quaſ per no.
ac.§.i.Item filium meum petere poſſum
in meam poteſtatem.Circa quod diſtin-
gue.quia aut filius meus detinetur a nul
lo.ſed ipſe ſui ipſius mihi patri contro-
uerſiam facit. tunc per officium iudicis
petam eum.poſſum & agere preiudiciali
actione in rem.Si uero ab alio detinere-
tur & ſponte ſua tunc.& per officium iu-
dicis petam eum. ſicut & ſi apud ſeip-
ſum eſſet.Nam iſto caſu apud ſe eſſe ui-
detur.& agere etiam poſſum preiudicia-
li actione ut.ſ. Si uero detineretur in-
uitus ab alio tunc per interdictum deli-
be.exhibendis.ut.ff.de liber. exhiben.l.
i. Et datur etiam patri rei uen. adiecta
cauſa de iure qui ritum ut hec no.& le-
guntur.ff.de rei uendi.l.prima. Item
ſcias ꝙ pater debet alere filium non ra-
tione patrie poteſtatis ſed ratione natu-
rali cum & emancipatos teneatur eti-
am alere.ut.ff.de libe.agnoſcẽ.l.ſiquis a
liberis in princi.&.C.de boniſque liber.
l.fi.§.ipſum autem. Et circa hoc dico ꝙ
filium maiorem triennio pater & aſcen-
dentes per patrem alere debent.minoreȝ
autem triennio mater alere debet. ut.C.
de pa.pote.l.nec filium. quod intelligit
dominus Acur.ſi mulier habeat lac.& ip
ſa lactare filium non dedeceat.Et ſcias ꝙ
ſi pater uel aſcendentes per patrem deſi-
ſtent eſſe aut egentes eſſent ita ut filios
alere non poſſent tunc mater & aſcen-
dentes per matrem alere habent filios
etiam maiores triennio.Item mater & a-
ſcendentes per matrem filium uulgo q̃-
ſitum alere tenentur.Item qđ dixi paren
tes debere alere filios. intelligas uerum
eſſe niſi poſſint eis obiicere ꝙ fuerint ab
eis accuſati uel niſi poſſunt dicere ꝙ filii
habent bona de quibus poſſunt ſe nutri-
re.uel ꝙ habent talem artem de qua poſ
ſunt ſe alere.uel niſi pater poſſit obiicere
filio quod ſit ingratus.nam propter in-
gratitudinem poſſunt alimenta denega-
ri.ut.C.de ali.liber.l. ult.& onus pro-
bandi uidetur incumbere patri.ut arg.
C.de inofficio.teſtamen.l. omni modo.
licet ſit argu.contra.in eod.titu.l.liberi.
Item contra ut filii teneantur paren-
tes alere quando indigent. Nam & filii
parentes alere tenentur quando indigent
quemadmodum parentes filios ut pro-
bantur hec omnia.C.de pa. po.l. nec fi-
lium.&.l.filii.& de ali.libert.per totum
titulum.&.ff.de liber.l.ſi quis.§.ulti.&.
§.ſed ſi filius.&.§.idẽ iudex exaiare alias
extimare. Preſtari aũt debẽt alimẽta ꝑ
mõ facultatũ.ut.C.de alen.li.l.ii.&.ff.e.
l.ſi qs.§.alimen. Et ſi non preſtentur ca
ptis dignoribus & diſtractis coget̃ quis

UVA. BHSC. IyR_072

ſatiſfacere ſenteñtie.ut.ff. de agno.lib.l.
ſi quis.§.ſi quis ex his. Si autem de ipſo
ſit dubium ſi ſit parens uel de liberis ſu/
per ea re ſumatim iudex debet cognoſce
re & ſi conſtiterit filium uel parentem eſ
ſe tunc illi iubebit alioquin non decer/
net alimenta. Iterim tamen alit pater eti/
am ſi non ſit filius.ut.ff.de lib. agno.l.ii
§.idem iul.&.l.ſi neget. Item nota ꝙ
quis preſumitur eſſe filius ī poteſtate pa/
tris hoc ipſo ꝙ naſcitur ex uxore. quia
nuptie probāt filium.ut.ff.ue in ius uo.
l.quia ſemper niſi probetur contrarium
ut ecce maritus probat non concubuiſſe
diu cum uxore infirmitate grauatus uel
alia de cauſa uel erat in ea ualitudine ut
generare non poſſet.uel probatur ꝙ ma
ritus fuit abſens per decennium & reuer
ſus inuenit puerum unius anni.hic licet
in domo mariti natus ſit uicinis ſcienti/
bus non eſſe filius mariti.ut.ff.de his qui
ſunt ſui uel alie.iur.l.filium. Si aliquis
ergo uult ſe probare filium legittimum
Ranutii habet dicere & probare ꝙ natꝰ
eſt de tali dña que eſt legittima uxor Ra
nutius & ipſe tractat eam in domo ſua
tanqꝫ uxorem ſuam conuerſando cum
ea ſecundum quod mariti cum uxoribꝰ
ſuis faciunt & probare ꝙ natus eſt in do
mo Ranutii & hoc ōſtenſo preſumetur
filius a iure in poteſtate patris.ut in pre/
al.filium.de his qui ſunt ſui uel alie. iu/
ris.ff.&.l.quia.ff.de in ius uo. Vere ta/
men non poteſt ſciri ſi fuit filius quia in
hoc impoſſibile eſt ſciri.ut.ff.de condi.
& demon.l.lutius. Dictum eſt de his
que ſunt alieni iuris.uidendum eſt đ his
qui ſunt ſui iur. Sui iuris ſunt libere per
ſone que non ſunt in poteſtate alicuius
domini nec natiuitate nec aliquo alio iu/
re per quem quis efficitur ſeruuſ alteriꝰ.
Item ſui iuris ſunt patres & matreſfa.
& accipitur hic materfamil.pro illa mu/
liere que eſt ſui iuris. alias dicitur mater
fa.quelibet mulier que honeſte uiuit.
Quandoqꝫ dicitur materfa.que eſt note
auctoritatis.ut.ff. de libe. exhi.l.iii.§.fi.
Et no. hoc.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.
iuris.l.nam. Sed quomodo ſunt facte ſui
iuris iſte perſoñe ſcilicet patres & matreſ
familias cum fuerint iam iuris alieni.
Reſpondet littera morte naturali parē
tum. Circa quod ſcias ꝙ ſi pater mori/
tur omnes filii efficiūtur ſui iuris. Sed
ſi moriatur auus qui habet filios tempo/
re mortis ſue & nepotes in poteſtate nō
efficiuntur ſui iuris ymo recidunt in po/
teſtatem patris eorum. Si autem tem/
pore mortis aui filius erat ſublatus đ me
dio ideſt non erat ī poteſtate patris quia
emancipatus erat a patre iſte auus.nepo
tes tamen retinuerat in poteſtate quod
facere potuit.ut.ſ.not.tunc nepotes per
mortem aui non recidunt in poteſtatem
patris eorum ſed efficiuntur ſui iuris. ut
inſtit.qui mo.iuſpat.po.fini.in prin. ſe/
cus ſi filius eſiſſet ſublatus de medio per
dignitatem.quia factus fuiſſet epiſcopus
que dignitas liberat filium a poteſtate
patris. ut in auten.ſi dignitas epiſcopa/
lis.C.de epiſco.& cleri. Quia tunc ne/
potes per mortem aui non efficiuntur
ſui iuris. ſed recidunt in poteſtatem ſui
patris.ut prealleg.autent.legitur. Itē
fiunt ſui iuris nondum morte naturali
parentum ſed etiam ciuili. utputa ſi ali/
quis filios habens in poteſtate ob ali/
quod maleficium deportatus eſt in in/
ſulam.ex qua deprobatione dicitur ciui
liter mortuus quia perdit ciuitatem. Iteꝫ
patriam poteſtatem quia filii efficiuntur
ſui iuris.ut inſti. qui. mo. pa. po.ſol.§.
cum autem. Item bona perdit.ut.ff.de i/
terdi.& releg.l.i. Secus eſſet ſi tantum
relegatus fuiſſet pater in inſulam quia
retinet filios in poteſtate. Item reti/
net bona ſua. ut inſtit. quib.mo.pa.po.
ſol.§.relegati. Et ſic collige differen/
tiam inter deportatum & relegatum.
Deportatus enim perdit ciuitatem. Item
patriam poteſtatem. Item bona. Re/
legatus autem retinet ciuitatem. Item
retinet patriam poteſtatem. Item reti/
net bona.ut.ff.de interdic.& releg.l.re/
legatorũ.§.ſiue autē.&.§.ad tēpus.&.l.
i.eiuſdē ti.& inſti.quib.mo.pa.po.ſol.§
relegati. Sed q̄ro iter quos cōputent
bāniti noſtri tēporis. Reſpōdet glo.do.

UVA. BHSC. IyR_072

Acur.ſi propter maleficium tantum qs
bánitur.ut etiam perdat ciuitatem & bo
na ſua publicentur.uel de iure uel de cõ
ſuetudine ciuitatum tunc deportato euꝫ
comperabitur alias relegato.ut ar.ff.de
bo.damp.l.i. Hodie autem ſcias iure
nouo autenticorum ꝙ bona cõdempna/
torum aut damnatorum de iure commu
ni non confiſcuntur ſed aſcendentibus
& deſcendentibus uſq; ad tertium gra/
dum applicantur. Vxores tamen do/
tes eorum accipiunt.& ſi neminem eorũ
habent illi qui delinquunt bona eorum
confiſcantur. In crimine leſe maieſta/
tis ſeruatur ius antiquum .ſ.ut omnino
conficiſcentur bona illius qui tale crimẽ
commiſit.ut hec probantur in autenti.
bona dampnatorum ſeu preſcriptorum
ſignata.C.de bonis dampna.licet ſtatu/
ta & conſuetudines ciuitatum aliter de
bonis dampnatorum ſepiſſime diſponãt.
Item ſiquis dampnetur in metallum fo/
diendum deſinit filios habere in poteſta/
te.ut inſtit.quib.mo. pa.po. ſol.§. pene
ſeruus.quod non & pono quia non eſt
multum utile.& quia non imponuntur
hodie tales pene. Item nõ ſolum mor/
te naturali parentum & ciuili fiunt filii
ſui iuris.ſed etiam per emancipationem.
ut dicit littera.Circa quod ſcias ꝙ eman/
cipatio dicitur ab em ꝙ eſt extra.ex eo fi
lius per eam ponitur extra manum.ideſt
extra poteſtatem patris.& habet fieri co/
ram iudice legittimo.Vnde diffinitur ſic
Emancipatio eſt relaxatio patrie poteſta
tis coram legittimo iudice facta.& debet
fieri de conſenſu & uoluntate patris &
filii.ut inſti.quib.mod.pa. po.ſol.§.fin.
&.C.de eman.lib.l.fi.Sed quero quid ſi
pater uult filium emancipare.filius non
uult emancipari.an pater poterit eum
inuitum emancipare. Reſpondeo non
poteſt eum inuitum emancipare.ut in au
ten.quib.mod.naturales efficiuntur ſui
iuris.§.generaliter. Item quid ſi filius
uult emancipari pater non uult eum
emancipare. certe nec filius poteſt pa/
trem compellere regulariter ut eum emã
cipet. Fallit tamen in quatuor caſibus
in quibus filius compellet patrem. ut
pater eum emancipet. Primus ſi le/
gatum fuit patri aliquid ſub conditione
ſi emancipat filium & ipſe agnouit lega/
tum tunc enim compellitur emancipare
filium.ut.ff.de conditio. & demonſtra.
l.ſi cui. Secundus eſt ſiue ponit neceſ/
ſitatem peccandi filie quia uult eam cum
ſcholaribus ſolatiari.ut.C.de epi.audiẽ.
l.ſi lenones. Tertius ſi arrogauit im/
puberem & eo facto pubere probauerit
ſibi non expedire eſſe in poteſtate ſua.ut
ff.de mino.l.iii.§.ſi quis minor. Quar
tus eſt ſi filius male & contra pietatem
patris affecerit. ut.ff.ſi quis a patre.ſi.
Item dicit littera ꝙ ſui iuris fiunt mor
te parentum uel per emancipationem
uel alio legittimo ut per dignitatem.
Nam ſunt quedam dignitates que libe/
rant filium a poteſtate patris inter quas
eſt dignitas epiſcopalis.nam ſi filius ſit
factus epiſcopus. per dignitatem illam
efficitur ſui iuris.ut.C.de epiſco.& cle.
autenti.ſed dignitas epiſcopa. & omnis
dignitas que liberat aliquem curie aſtri/
ctum a curia libera filium a poteſtate
patris que dignitates multe ſunt ut ſi fie/
ret patritius.conſul. prefectus pretorii.
prefectus urbis.prefectus orientalis ma
giſter militum.& multe alie ſunt que li/
berant curialem a curia & illa liberant
filium a poteſtate patris quas non enu/
mero propter breuitatem. & ſcias ꝙ cu/
riales & decuriones idem ſignificant ut
dicunt glo.& erant olim decuriones ſiue
decuriales quidam ordo hominum in ci
uitatibus qui ordo prouidebat ciuitate
ſue.ut eſt conſiliũ et hodie conſiliarii qui
conſiliarii prouidebant ciuitati ſue. Et il
le ordo decurionum habebat multa pri/
uilegia & honorem & onus.ut.ff.de uer
bo.ſigni.l.i.in prin.§. decurio.&.C. de
decurionibus.l.i.

Quinta diuiſio eſt.

Ictum eſt ſupra de quatuor di/
uiſionibus perſonarum .Sequi/

UVA. BHSC. IyR_072

tur de quinta uideri que talis . filiorum quidam ſunt legittimi & naturales. quidam legittimi tantum. quidam naturales tantum. quidam nec legittimi nec naturales . Legittimi & naturales ſunt illi qui ſunt nati de legittimo matrimonio . qui ideo dicuntur legittimi qui de legittimo matrimonio nati ſunt quod matrimonium eſt legittimum ideſt ab omnibus legibus approbatum ſcilicet diuino canonico & ciuili. Item & ideo naturales dicuntur. quia natura mariti & uxoris procreante nati ſunt. Et nota ꝙ illud matrimonium ſeu nuptie qđ idem eſt dicitur legittimum qđ eſt factum ſecundū leges & non contra leges. nam ſi contra leges fieres non ualeret. nam ſcire habes ꝙ multe ſunt cauſe que impediunt matrimonium de iure ciuili. Et primo ratione etatis ut ſi femina ſit minor. xii. an. uel maſculus minor . xiiii. an . Debent eſſe puberes ſcilicet femina maior. xii. an . & maſculus maior. xiiii. an. ut inſti. đ nup . in prin. & ſi in poteſtate patris eſſet cum conſenſu patris deberet matrimōium cōtrahere alioquin non ualeret de iure ciuili. ut inſti. de nup. in prin. licet de iure canonico quod preualet in talibus non habeni hoc de neceſſitate facere. Item ratione ſanguinis impeditur matrimonium ut inter aſcendentes & deſcendentes quia non poſſum accipere filiam uel neptem meam nec de aſcendentibus meis nec deſcendentibus uſq; ad infinitum.

Item nec inter collatorales ratione ſāguinis poteſt eſſe matrimonium quia nō poſſum accipere ſororem meam nec filiam ſororis nec neptem ſororis quanuis in quarto gradu ſit. liberi autem duorū fratrum uel duarum ſororum iungi poſſunt ſimul de iure ciuilis quanuis iure canonico nō. ut hoc probatur inſti. de nu. §. inter eos. §. fratris. &. §. duorum. Item ratione numeri impeditur matrimoniū. Nam ſi quis habet unam uxorem eodem tempore non poteſt habere aliam alias eſſet infamis. ut inſti. de nup. §. ſoceram. &. §. affinitatis. Item per conſtitutionem Imperatoris impeditur matrimonium. utputa prohibetur quis facere matrimonium cum ea quam de ſacro fonte leuauit ideſt de batiſmate. quam appellamus in uulgari phioca. ut. C. de nup. l. ſi quis alumpnā. Quod etiam de comatre ſeruatur . licet de iure ciuili de ea cautū non reperiatur. Item ratione affinitatis īpeditur matrimonium. ut ſi uelis accipere preuignam tuam quandam uel nurū tuam uel ſocrum uel nouercam non potes. ut inſti. de nup. §. affinitatis quoq;.

Item ratione honeſtatis. ut ſi uelis ſpōſam filii tui accipere in uxorem non poſſet. quia rectum & honeſtum eſt abſtinere ab huiuſmodi nupciis. ut inſtit. đ nu. §. ſi uxor. Item cum clericis in ſacris ordinibus conſtitutis non poteſt fieri matrimonium. ut i auten. quo o. e. §. ſed neque autem. Item non poteſt fieri cuȝ monachis & conuerſis & monacabus licet non ſint in ſacris ordinibus conſtituti . ut in auten. de monac. §. nuptias. Sūt & alie cauſe de iure ciuili propter quas impeditur matrimonium quas non dico propter breuitatem . Sed ſi ſcire eas uolueris uideas in inſtit. de nupt. §. ſunt & alie. Item de iure canonico ꝙ preualet in tabulis. ſunt autem cauſe impedientes matrimonium quas etiam non recito propter breuitatem . ſed ponuntur in Aurora noſtra ſuper inſtrumento ſponſaliorum in quibuſdam uerſibus ibi notatis . Iſti itaq; filii qui naſcūtur de legittimo matrimonio ſunt illi quos pater tenetur inſtituere in ſuo teſtamento uel exeredare cum cauſa legittima & legibus approbata . alioquin ſi preterirent aliquem non ualet teſtamentum. ut inſtit. de exhered. libe. §. noſtra uero cōſtitutio . & de hoc dic plene ut inflore not . Item iſti ſunt etiam illi filii qui ſuccedunt ab inteſtato patri. ut inſtit. de hered. que ab inteſtato deferuntur ī pri. Et de hoc etiam ple. tractatur in floue .

Item pater tenetur iſtos tales filios alere. ut. ff. đ lib. agno. l. ſi quis a liberis in prin. Econtra iſti liberi debent reuerentiam & ſubiectiōē patri & obedire habent ei. Item alimenta patri preſta-

UVA. BHSC. IyR_072

re debent quando indiget ſicut & ipſi eis ut hec probantur.ut.C.de pa.po.l.filia.&.ff.de inſti.& iure.l.ueluti.ibi ut parẽtibus & patre pareamus.habent iſti filii quandam partem in bonis patris debitã iuris nature quam pater non poſſet eis auferre niſi iuſte & cum cauſa legibus approbata exheredet eos de qua parte quanta ſit & quomodo debeant dicetur plene in flore & ideo cã breuitatis omitto. Viſo de legittimis & naturalibus. Sequitur uidere de legittimis tantum.Legittimi tantum dicuntur adopertiui & arrogati ad quod intelligẽdum ſcire oportet ꝙ leges inuenerunt quandam ſolennitatem per quam poſſum mihi facere filium illum qui non eſt ſ̃m naturam adoptando eum.ut ecce eſt quidam quẽ uolo habere ĩ filiuꝫ meum & ipſe uult eſſe.ibo cum eo ad iudicem & dicam domine uolo iſtum habere in filium meum & ipſe dicet ego uolo eſſe filius.& iudex interrogat uis adoptare.& tu uis adoptari.Et nos reſpondemus ꝙ ſic & ipſe interponit auctoritatem ſuam certe iſte erit amodo filius meus per iſtam ſolennitatẽ que dicitur adoptio. Et ſcias ꝙ ſpecialiter & proprie iſta adoptio fieri habet de filiiſfamilias qui ſunt in poteſtate patris & etiam conſenſus patris exigitur tunc non tamen exigit propter hoc talis adoptatus de poteſtate parentum naturaliũ. niſi adoptarem filium filie mee.uel filiũ filii mei emancipati. quia tunc adoptati exirent de poteſtate parentum naturalium.& tranſirent in meam poteſtatem.

Item poſſum facere filium meum illum qui non eſt per arrogationem. ut ſi eſt aliquis ſui iuris & uelim eum habere in filium imus ad imperatorem qui interrogat me ſi uolo arrogare & illũ ſi uult arrogari.Et reſpondemus ꝙ ſic & ipſe interponit auctoritatem ſuam. Certe iſte eſt filius meus arrogatus factus per legẽ & tranſit in poteſtatem meam iſte arrogatus & etiam filii ſui & bona ſua ſ̃m qd' plenius infra dicam quibus mod. domi. re.acqui.nobis.Et habet fieri ꝓprie iſta arrogatio de homine qui ſit ſui iuris. ut hoc probatur.ff.de adop.l.i.& .ii.l.in adopt.& inſtit.e.§.in prin. Verumtamen eſt ꝙ iſtud nomen adoptio genus ẽ & comprehendit ſub ſe arrogationem q̃ ſit proprie de homine qui eſt ſui iuris.& adoptionem que ſit proprie de homine qui eſt alieni iuris. Et ſic in eo quod genus eſt adoptio adoptare poſſem eum qui eſt ſui iuris & illum qui in poteſtate alterius eſt.ut.ff.de adop.l.i. Dicuntur itaqꝫ iſti filii legittimi tantum qui per legem facti ſunt.non autem naturales. quia natura non fuit operata in eis. Extra litteram intelligas tres eſſe differentias inter arrogationem & adoptionem ſpeciem.Prima quia adoptio coram quocunqꝫ magiſtratu fieri poteſt arrogatio coram imperatore uel eius uicario per reſcriptum ab eo principe ordinato. Itẽ adoptio proprie fit de filiiſfa. arrogatio autem de homine qui eſt ſui iuris. Itẽ filius adoptatus non tranſit in poteſtatẽ patris adoptiui niſi in caſibus quos ſupra nominaui ſed arrogatus ſic.ut inſti. de adopti.in prin.unde uerſus. Arrogo qui ſuus eſt & meus habet eſſe neceſſe patris adopto ſuum nec patris deſinit eſſe.

Item ſcias ꝙ filium adoptiuum non tenetur pater adoptans inſtituere ſi non uult niſi in illis duobus caſibus in quibus tranſit in poteſtatem ſuam.ut ſupra dixi Nam tunc tenetur inſtituere donec eſt in ſua poteſtate ab inteſtato ſuccedit patri tamen adoptiuo talis filius adoptiuus.ut inſti.de adopti.§.ſed hodie.& C.de adopt.l.cum in adoptiuis. Pater autem naturalis bene tenetur filium quẽ dedit in adoptionem inſtituere ſi uult rite teſtari quoniam non eſt in poteſtate patris adoptiui. Si autem in poteſtate patria adoptiui eſſet tunc pater naturalis non teneretur eum inſtituere uel exheredare qui a loco extranei habetur.

Arrogatum autem filium tenetur pater arrogator inſtituere uel exheredare donec habet eum in poteſtate & ei ab inteſtato ſuccedit. Si uero tempore mortis ſue eſſet emancipatus ab eo. tunc nec eum inſtituere nec exheredare

UVA. BHSC. IyR_072

tenetur quia extranei loco eſt eo quod
ius & nomen filii perdidit quod per ar/
rogationem conſecutus fuerat alia ciui/
li ratione ſcilicet emancipatione ꝑdit ut
inſti.de exheredatio.li.§.adoptiui liberi
&.§.emancipati.no.& inſti. de here.que
ab inteſtato deferuntur.§.minus genus.
& preal.l.C.de adopti.l.cum adopt.

Vltimo ſcias ꝙ adoptio ſic diffinitur.
Adoptio eſt actus legittimus per quem
efficitur filius qui non eſt pene naturā
immitans licet do.Pla.diffiniat ſic. A/
doptio eſt actus legitti. ad ſolatium eo/
rum qui filios non habent inuentus. &
ita innuebat ꝙ nõ poſſet adoptare niſi
ille qui non habet filios quod non pla/
cet do.Acur.quia & ille qui habet & ille
qui non habet filios adoptare ſibi alios
poſſunt.ut.ff.de adopti.l. neceſſariis.§.
preterea. Sequitur uidere de naturali/
bus tantum. Naturales tantum ſunt il
li qui nati ſunt de concubina legittima.
Circa quod ſcias ꝙ leges permiſſerunt
ꝙ quis poſſit tenere concubinam nec pe
nam ei imponunt ex tali coitu duꝫ tamē
teneat talem que poſſet eſſe de iure con/
cubina.in qua quidem multa concurre/
re debent. Primo ꝙ illa mulier nõ ſit
uirgo quia in uirginem committitur ſtu
prum.ut.ff.ad.l.iul.de adulte.l.inter.§.
liberas.quod punitur per legem ut iſtit.
de puni.§.item lex in fi.§. Sed & uir/
ginem poteſt quis aſſumere ſibi in con/
cubinam & maxime proteſtando hoc an
te.ſ.ꝙ uult eam habere in concubinam
& maxime ſi eſt de uili genere & ſi nõ ꝓ/
teſtaretur haberet eam accipere in uxo/
rem.Et ſi recuſaret puniretur de ſtupro
ut legitur & no.ff.đ concubi.l.iii. Itē
non debet eſſe uidue honeſte uiuens.qa
etiam in talem committitur ſtuprum. ut
preallegato.§.liberas. &.§.item lex.
Niſi ſpecialiter proteſteris coram teſti/
bus ꝙ uelles talem habere uiduam in cō
cubinam. Si autem uidua eſſet inhone/
ſta uel faceret queſtum de corpore ſuo
ſine aliqua proteſtatione poſſes eam ha/
bere in concubinam.ut.ff.de concubi.l.
i.§.& puto.&.§.qui autem. Item non
debet eſſe affinis nec ſanctimonialis illa
quam uis tenere pro concubina.quia de
bes coire cum tali. ꝙ extra penam legis
ſis.ut.ff.de concu.l.i.§.ſi qua.&.l.penul
tima. Item ad hoc ut habere poſſis
concubinam non debes habere uxorem
nec ipſa uirum.ut.C.de concubi.l.i.

Item unica debet eſſe. Nam ſicut non
licet habere duas uxores eodem tempo/
re.ſic nec duas concubinas. Item in/
dubitato affectu & in domo retineri de/
bet.ut in auten.quibus mod.na.effi.ſui.
§.ſi quis autem. Vltimo ſcias ꝙ ea de/
mum uidetur eſſe legittima concubina
que poteſt eſſe uxor.ut auten.ut licet ma
tri & auie.§.quid hoc. Si ergo quis ha
beat talem uxorem in concubinam ex/
tra penam legis eſt de tali coitu. & filii
qui naſcuntur de tali muliere naturales
tantum dicuntur. Extra litteram quero
quare dicantur naturales tantum iſti fi/
lii.Reſpondeo quia natura procurante
nati ſunt. Sed uidetur ꝙ etiam legitti/
mi dici debean ſicut & illi qui naſcuntur
de matrimonio.cum iſte concubinatus
ſit a lege permiſſus. Vnde deberent
dici legittimi quaſi de legittimo coitu na
ti. Sed reſpondeo ꝙ licet concubina/
tus ſit a iure ciuili permiſſus.non tamen
permittitur a iure diuino.ſed matrimo/
nium ab omni iure probatur. ciuili.ca/
nonico. & diuino. Et ideo qui naſcun
tur de matrimonio dicuntur legittimi &
naturales quaſi natus ex coitu qui eſt ab
omnibus legibus approbatus. Sed qui
naſcuntur de concubinatu naturales tā/
tum dicuntur non autem legittimi quia
concubinatus non eſt etiam ab omni/
bus legibus approbatus. Item ſcias ꝙ
pater faciens teſtamentum non tenetur
tales naturales inſtituere nec aliquid eis
relinquere ſi non uult.Sed ſi uult eis ꝓ/
uidere bene poteſt. & tunc ſi habet filios
natos de matrimonio & habet naturales
de concubinatu unam unciam tantum
poteſt dare pater uel relinquere illis na/
turalibus eorumq; matri. Si autem ſo
la concubina ſupereſt ſemiunciam po/
teſt ſibi dare & non ultra. & ſi quid ul/



UVA. BHSC. IyR_072

tra dederit legittimis applicatur. Si autē non habeat filios de matrimonio ſed habeat aſcendentes & naturales filios tantum poteſt tunc filiis naturalibus duas relinquere partes hereditatis ſue. aſcendentibus autem tertiam partem ſue ſubſtantie habet relinquerē. Si autem nec natos de matrimonio nec aſcendentes habeat tunc poteſt totam ſuam ſubſtantiam a naturalibus relinquere ut in autenti. quib. mod. natu. effi. ſui. §. piſcretis Ab inteſtato autem ſuccedunt iſti naturales una cum matre in uirilem portionem patri naturali & in duas uncias hereditatis ſue ſi non habet iſte pater filios legittimos & naturales. Nam quando ſuperſunt tales. ſ. legittimi & naturales in nihilum ſuccedunt naturales tantum ab inteſtato. uel ſi non habeat legittimam uxorem. Nam licet ipſa non ſuccederet exquo non ſuccederet exquo ſunt alii agnati. tamen ſi ipſa ſupereſt facit ꝙ iſti naturales tantum non ſuccedunt ſed defertur hereditas aliis legittimis ſucceſſoribus defuncti. ut. C. natural. l. autem licet. Sed contra filius naturalis teſtamentum faciēs. poteſt ſi uult eiſdem modis & totiens & tantundem relinquere patri ſuo naturali ut per pietas ſeruetur in eis & in ſucceſſionibus & alimentis. ut in auten. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi qs ergo. In quibus enim caſibus preter ea que dicta ſunt circa teſtamentariam ſucceſſionem inter patrem & filium naturalem intelligas etiam eſſe uera inter auum. paternum & nepotem uel pronepotem naturalem de legittimo filio natum. Si quis nepotis nomen in tam de generes homines extendere uoluerit ut unus alteri totiens & tantundem & eiſdem modis relinquere poſſit. ut dictū eſt in patre & filio naturali. Et idem per omnia dicendum eſt etiam de nepote nato ex naturali filio nato inter eum & auum. nam ſi quis habuerit filium naturalem & ex ipſo habeat nepotem legittimum & naturalem ſuo patri poteſt totiens & tantundem ei relinquere quotiens & quantum dictum fuit quod poterat naturali nepoti. ut. C. de nat. l. i. i. fi.

Ab inteſtato autem tales nepotes ſi quis nomen nepotis in tam de generes perſonas extendere uoluerint non ſuccedunt auo ſuo paterno. ut preallega. l. ſi. C. de natura. lib. in fin. propter quod no. baſtardos ſeu naturales filios nō ſuccedere ab inteſtato cognatis patris. ut in auten. quib. mod. natu. effi. ſui. §. filium autem. Vnum tamen ſcias ꝙ quando iſti naturales non ſuccedunt ut quia ſūt alii legittimi filii uel eſt legittima coniunx debent paſci iſti naturales a legittimis ſucceſſoribus defuncti arbitrio boni uiri. Sed an ipſe pater teneatur filios naturales alere dum uiuit queritur & poteſt dici ꝙ ſic. quia & iſti naturales pareꝫ pietatem parentibus preſtant ſi opus eēt ut in autenti. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi quis igitur. &. C. de natura. lib. auten. licet. & colligebat in autenti. iſta dom. meus & doctor. ar. in eo ꝙ filii legittimi qui patri ab inteſtato ſuccedunt in totum tenentur naturales fratres alere. ꝙ diues frater tenetur fratrem pauperem alere ad quod facit. ff. de tute. & ra. d. l. i. in princip. & eſt etiam terminatum per glo. ordinariam ꝙ unus frater tenetur alium fratrem alere. C. de ali. li. l. penul. &. ff. de li. agno. l. ſi quis a liberis. §. ideꝫ reſponſo proxi. Sed quero quando iſti naturales ſuccedunt in duas uncias quod eſt quando non ſunt legittimi filii uel quando non eſt legittima coniunx an nihilominus debeant alimentari ab aliis qui habet aliam hereditatem. ſ. alias x. uncias uidetur terminari ꝙ ſic. ut in autenti. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi quiſ autem. ar. eius quod legitur. ff. de ali. le. l. pen. Mater autem & aſcendentes per matrem tenentur iſtos filios naturales inſtituere uel preterire uel exheredare cum cauſa legibus approbata & etiam ab inteſtato ſuccedunt ei ſicut & legittimi & pariter cum legittimis ſi legittimos habuerit. ut inſti. de ſe cō. or. §. ſed cum hec. &. §. nouiſſime. &. C. de natu. lib. l. penul. Demum ſcias ꝙ pater poteſt naturales filios legittimarē ſi uult plu

UVA. BHSC. IyR_072

ribus modis de quibus dicam duos tantum propter breuitatem. Primus eſt ſi accipiat concubinam ſuam in uxorem & fiunt inde inſtrumenta dotalia ſcilicet continentia matrimonium & dotem. ut not.inſti.de here. que ab inteſtato defe. in prin.in quibus contineatur matrimonium inter.P.&.B.eſſe cōtractum & dotem eſſe datam. que inſtrumenta dotalia uel nuptialia dicuntur. ut inſti.de heredi.que ab inteſt. defe.in prin. nam tunc & primo nati & poſtea naſcituri de iſta concubina erunt in poteſtate patris & legittimi ſucceſſores fient eidem. & qđ dixi ꝙ fierent inſtrumenta dotalia de illo matrimonio. non credas ꝙ matrimonium nō poſſet eſſe ſine ſcriptura ymo bene poteſt eſſe. ſed ſi non fierent inſtrumēta dotalia de illo matrimonio filii primo nati ante matrimonium illud filii nō eſſent legittimi licet illi qui naſcerentur poſtea bene eſſent legittimi. ſed ſi fiant inſtrumenta & primo nati. & poſtea legittimi fiunt. ut inſtit.de nup.§.fi.de natu.libe.l.cum quis. Secundo modo poteſt pater legittimare filios naturales ſi offerat eos ſeruicio curie ciuitatis. ex q̄ eſt oriundus. ut inſtit.de nup.§.fi.& in auten.qb.mo. nati effi. ſui.§. ſi quis igitur. Si uero nec ciuis ipſe conſiſtat ſed ex uilla quadam aut uico ſit oriundus illi offeratur ciuitati naturalis filius ſub qua ciuitate uilla aut uico tributa perſoluit. & ſic nota uillas & caſtra ſub ciuitate facere collectam. ut prealleg.l.ſi quis igitur in auten.quib.mo.na.effi.ſui &.C de natura.l.iii.&.ff.de cenſibus.l.forma & ius ciuitatis ſequi etiam debet. ut.ff. admi.l.ex uico.&.C.de epiſco.& cleri.l. nulli.§.ꝙ ſi in uico. Sequitur uidere de filiis nec legittimis nec naturalibus.

Sunt utiqꝫ filii nec legittimi nec naturales. illi qui naſcuntur de coitu dampnato uel nephario. uel inceſtuoſo. ut ſunt illi qui naſcuntur de adulterio uel qui naſcuntur inter aſcendentes & deſcēdentes. uel de affinibus ſeu conſanguineis in tali gradu exiſtentibus. ut matrimonium ad inuicem facere non poſſunt & ut breuiter dicam ſi habes filium de muliere cum qua non poſſes facere matrimonium quia aliqua de cauſa impediretur matrimonium inter uos que multe ſunt ut dictum fuit ſupra in princi. huius diuiſionis ille talis filius dicitur nec legittimus nec naturalis. unde de filio ſacerdotis non eſt queſtio an ſit de iſtis quia ſacerdotes non poſſunt facere matrimonium. ut in auten. quo.o.e.§. ſed nec. & dicuntur iſti nec legittimi qa nec de legittimo coitu nati. Item nec naturales dicuntur de fictione iuris quia iura fingunt naturam non eſſe operataꝫ in eis. ut in auten.quibus mod. na.effi. ſui.§.fi. Extra litteram queras ꝙ iſti filii non ſuccedunt patri nec ex teſtamēto nec ab inteſtato. pater enim non poteſt eis aliquid ex teſtamento nec ab inteſtato relinquere nec iure inſtitutionis nec iure legati. ut in auten.quibus mo. na.effi.ſui.§.fi. Item non ſunt tales filii alendi a patre de iure ciuili.ut in prealeg.§.fi.legitur. Sed quero an inter uiuos pater poſſit aliquid tali filio nec legittimo nec naturali donare. Reſpondeo ꝙ non. ut.§.de inceſtis nup.l.ſi qs in autenti. Item licet a patre tali filio non poſſit relinqui. Quero ſi ab extraneo poſſit ei relinqui uel quolibet alio titulo inter uiuos dari. Reſpondeo ſic cum non inueniatur prohibitum & omnia uidentur conceſſa que non ſunt expreſſe ſunt prohibita. ut.ff.ex qui.cau. ma.l.nec non.§.quod his. & plene not. per glo.in auten.quibus modis na.effi. ſui.§.ſui. Sed quid ſi pater nec inſtituat nec donet tali filio ſed alium inſtituat ſibi in heredem & talem filium ſubſtituatur an poterit. Reſpondeo oportet forte diſtingui ut ſi uulgariter nō poſſit qa patris heres eē uidetur ſi pupilariter poſſit quaſi pupillus ſit heres. ut inſtit.de pu.ſubſti.§.i.&.ff. de pu.ſubſti.l. ſi is. uel quia loquitur hec lex ſi is.quando licet non totum aliquid tamen poteſt relinqui. Item quero ſi ex filio meo ſpurio natu ex dannato coitu.habeo nepotem naturalem uel ex eo habeo nepoteꝫ



UVA. BHSC. IyR_072

legittimū quia filius meus ſpurius contraxit matrimonium.an poſſit iſte nepos mihi auo paterno ſuccedere & uidetur ꝙ non.quia in tam uiles perſonas non cadit nomen aui & nepotis.ut.C.de natura.libe.l.fi. Econtra uidetur ꝙ ſic quia licet pater ſit natus de damnato coitu.nepos tamen eſt natus ex coitu permiſſo.& ſm hoc erit hic caſus in quo nepos ſuccedit auo non ex perſona ſui patris ſed ex ſua perſona ſic & alibi.ff.de ſenat.l.emancipatum.in fin.&.ff.de iure pa.l.diui.&.ff.de adoptio.l.adoptiui.in fi.eo. Sed ueritas eſt ꝙ non poſſit ſuccedere ab inteſtato cum non poſſit eſſe nepos ſiue ſtipite cum pater eius ſit natus ex damnoſo coitu.&.ar.C. de natu.coitu.&.C.de natu.li.l.ultim.in fin.ſm odofre. Item nunquid ex teſtamento poterit ſuccedere talis nepos. Reſpondeo legem non habemus ſed uidetur ꝙ non poſſit.quia exiſteret aliquis caſus ꝑ quem poſſit fieri fraus legi patre ſuperſtite.ut.ff.de proba.l.qui teſtamentum ſm odofre. Matri autem tales filii.ſ. nec legittimi nec naturales non ſuccedunt nec ex teſtamento nec ab inteſtato ſi nati ſint de tali coitu qui poſſit accuſari.ut.ſ.adulterio uel ſimili.Secus autem eſſet de coitu non damnato naſceretur ut in filio in meretricio concepto uel ex uulgo quia tunc ſuccedunt matri & pariter cum legittimis niſi mater eſſet illuſtris & a matre & aſcendentibus per matrem debent inſtitui uel preteriri uel exheredari cum cauſa legibus approbata. ut inſtitu.de ſenato.§. nouiſſime.&.ff.de inofficio.teſtamen.l.ſi ſuſpecta.§.i. In matre autem illuſtri circa tales filios quedam ſpecialitas ſeruatur de qua etiam dicas ut in flore noſtro in ultima rubrica. Item quero hic mulier habet filium ſpurium uulgo conceptum & ex eo habet nepotem naturalem nuuqd poterit ei ſuccedere nepos ſublato filio ſpurio de medio.uidetur ꝙ non quia in tam uiles perſonas non cadit nomen auie & nepotis. ergo non uidetur ꝙ poſſit ei ſuccedere ab inteſtato. per preallega.l. ulti.C.de natur. libe. Econtra uidetur ꝙ ſic quia ſicut filius ſpurius ſuccedit ꝑ orphy.matri.& ita coniuncti per ſpurium.quia licet non cadat in eis agnatio. tamen cadit in eis cognatio. ut.ff. unde cognati.l.uulgo.Vnde ſicut filius ſpurius ſuccedit matri niſi eſſet illuſtris mulier.ut.C.ad orphi.l. penulti.ita nepotes ex ſpurio.ut inſtitu. de ſe. con. ſul. orphy.in prin.&.§.nouiſſime.&.ff.unde cognati.l.ii. & arg. preallega.l. penulti.C.de natur.liber.& quia non debet pena ultra ſuos extendi auctores.ut. C.de penis.l.ſcimus. & hoc ſecundum Odofre. Vltimo quero an poſſint iſti filii nec legittimi nec naturales legittimari. Reſpondeo ſic per reſcriptum imperatoris ſi in reſcripto apparet princeps non obſtante tali legem que dicit iſtos non eſſe legittimos nec naturales. uolo ꝙ ſint legittimi.ar.ff.de legat.iii.l. ſi quis in princi.&.C.de teſtamē.autent. hoc inter.quia Iuſtinianus non potuit īponere lega.§.aliis imperator.quia par in parem non habet imperium. ut.ff. de arg.l.ſi natura. &.C.de legittimis conſti.l.digna.

Sexta diuiſio eſt.

Ictum eſt ſupra de quinqꝫ diuiſionibus perſonarum ſequitur uidere de ſexta.que talis eſt.perſonarum quedam ſunt legittime etatis. quedam non legittime. Legittima etas eſt a.xxv.annis ſupra.Vnde ſi in aliquo teſtamento uel contractu fiat mentio de legittima etate.utputa lego tibi decem cum eris legittime etatis.uel faciam hoc cum eris legittime etatis ſemper intelligitur de illa que eſt a.xxv. annis ſupra & legatum tunc debeatur.ut.C. de his qui ue.e.impe.l.fina. & homines huius etatis dicuntur maiores unde dicendo moriar ſine determinatione intelligitur de maiore.xxv.anno. ſed uidetur ꝙ ex quo quis compleuit.xvii.ann.ꝙ ipſe ſit legittime etatis.nam in tali etate poteſt quis aduocare & deſiderium amici ſui

UVA. BHSC. IyR_072

coram iudice exponere.ut.ff.de poſtu/
la.l.i.§.i.ſed illud eſt ſpeciale in aduocā
do ut pro alio in tali etate admittatur.ꝑ
ſe autem nunquam in iudicio admittere/
tur in tali etate . ut.C.de auc.priuanda.
l.clarum . & eſt ratio ut pro alio in tali
etate admittatur quia imputet ſibi qui ta
lem accepit . ut.ff.de mino.l.cum man/
dato. in fi. non legittima etas eſt a .xxv.
an.infra.& omnes huius etatis dicuntur
minores & iſtis minoribus iura multum
ſubueniunt ſi decipiantur in ſuis contra
ctibus & iudiciis etiam & merito . Nam
inter omnes conſtat fragile eſſe & infir/
mum huiuſmodi etatis conſilium & in
multis captionibus ſuppoſitum multo/
rumq; inſidiis exponitur . ut.ff. de min.
l.i.& ideo auxilium tutorum & curato/
rum iſtis minoribus eſt proditum. quia
non ſunt nec ſolidi nec firmi conſilii. ut
ſupra dixi . De iſtis minoribus fit diui/
ſio que plana eſt . niſi quia expedit ꝙ p
iura probetur . Nam quidam dicuntur
puberes & hi ſunt maſculi completo.
xiiii.an.& femine completo.xii.an.ut in
ſti.quibus modis tu.fi.in princi.Dicun/
tur etiam adulti & adoleſcentes.ut inſti.
de cura.§.inuiti. Sed quare mulier ci/
tius peruenit ad pubertatem quam maſ/
culus . Reſpondet glo.do.Azo.quia ci/
tius creſcit mala herba q̄ bona. Alii
dicuntur impuberes . & iſti ſubdiuidun
tur . quidam enim ſunt infantes ſcilicet
maſculi & femine a die natiuitatis ſue uſ
q; ad ſeptem an. ut .C. de iure delibe.l.
ſi infanti . Alii dicuntur proximi infan/
tie ſcilicet maſculi a ſeptem an.ſupra uſ/
q; ad decimum cum dimidio . & femine
a ſeptem annis ſupra ad nonum cum di/
midio . & ita hec dictio proximus reſpi/
cit uerſus infanciam . Alii dicuntur pro
ximi pubertati ſcilicet a decem annis &
dimidio ſupra maſculi uſq; ad.xiiii.an/
nos . & femine a nouem & dimidio ſcili/
cet uſq; ad duodecimum . ut hec legun/
tur & notantur inſtitut. de inutili ſtipu/
latione.§. pubes. Extra litteram ſcias
ꝙ minores .xxv. annis ad honores non
admittuntur uel ad rempublicam admi/
niſtrandam . ut.ff.de mu.& ho.l.ad rē
non enim decuriones eſſe poſſunt regu/
lariter . ut.ff.de cur.l. non tantum pro
pter inopiam . ſi alii nō inueniantur ido
nei. Et ita uidetur ꝙ nec conſiliarii de
berent eſſe . cum per conſiliarios proui
deatur hodie ciuitati ut olim per decu/
riones prouidebatur.Item nec admune
ra perſonalia tenentur . ut prealle .l.ad
rempublicam .Et dicuntur munera per
ſonalia que corporibus cum labore &
ſolicitudine animi ac uigilantia princi/
paliter extāt.ut tutela & cura & alia mul
taque fiunt cum prouiſione animi & la/
boris corporis que numerantur .ff.de
mu.& ho.l.i.&.l.fi. . Verum eſt tamen
ꝙ ſi minor.xxv.annis incepi uigeſimum
quintum annum ſufficit ei ad honores
habendos . licet nondum compleuerit.
nam exquo inceperit uigeſimū quintum
annum habetur pro completo fauore
reipublice. ut tanq̄ maior admittatur ad
honores . Item filii faciunt mino/
rem admitti ante tempus .xxv. anno ad
honores.nam ſinguli anni per ſingulos
liberos remittuntur . ut.ff. de minori.l.
ii. Et quod dictum eſt ꝙ annus ince/
ptus habebitur pro completo quantum
ad homines eſt uerum fauore reipubli/
ce . non tamen idem in omnibus aliis ca
ſibus ubi fit mentio de tempore ſcilicet
ꝙ ultimus annus inceptus habeatur ꝑ
completo . imo in aliquibus fit compu/
tatio de momento ad momentum . in a/
liquibus ſufficit tetigiſſe ultimum diem
illius anni quem habebit finire . De
momento ad momentum fit computatio
ut ecce dicitur in lege ſi minor.xxv.an/
nis decipiatur reſtituitur . Nunquid ſi
ꝯtraxit ī principio .xxv. ann.priuabim⁹
eum reſtitutione . quare ille annus ince
ptus habetur pro completo certe non
ymo reſtituetur . quia adhuc eſt minor
donec non compleat.xxv.annum com/
putando de momento ad momentum a
die natiuitatis ſue uſq; ad diem in quo cō
traxit . Item in preſcriptione .xxx. an/
norum fit computatio de momento ad
momentum unde dicitur . actiones pre



UVA. BHSC. IyR_072

ſcribuntur ſpacio triginta annorum. ut C.de conſtitutio.pe.l.ii.intelligas ꝙ fiat computatio taliter.ꝙ tempus triginta anno.non ſit finitum.nam ſi eſſem in ultima die non eſſet adhuc preſcriptum iuri meo.ut.ff.de actio.& obligatio.l.in omnibus. In uſucapione autem triennii & preſcriptione.x.uel.xx.ann.aliud eſt quia ſufficit preſcribentem tetigiſſe ultimam diem triennii uel decennii.& eſt completa uſucapio uel preſcriptio licet nondum ſit completum triennium uel decennium totum.ut.ff.de uſucapio diuer.per.l.penulti.in principio.&.ff.de uſucapio. Item quod dicitur.xiiii.an. non poteſt facere teſtamentum intelligaſ ꝙ ſufficit eum tetigiſſe ultimam diem.xiiii.annorum & poterit teſtamentum facer̄ licet non compleuerit totum.xiiii.ann.computando de momento ad momentum.ut.ff.de teſta.l.qua etate. Itē legato in relicto poſt tempus.ut.ff.de conditio.& demonſtratio.l.non putabā & ſic patet ex predictis quandoqꝫ ſufficere tetigiſſe principium anni quandoqꝫ ſufficeret tetigiſſe ultimam diem quandoqꝫ terminari debere totum tempus computatione facta de momento ad momentum.Et hec de perſonarum & etatum diuiſionibus dicta ſufficiant.

## De contractibus inutilibus ratione ꝑſonarum.

Vo ſunt que conſiderat ſumma noſtra circa perſonas.uidelicet nomina perſonarum appellatiua & effectum. De nominibus perſonarum dictum eſt ſupra. Sequitur uidere in iſta de effectu ipſarum perſonarum.i.dicere de illis que poſſunt ſe uel efficacitatem de iure obligare uerum qa perſone que non poſſunt eſſe efficaciter ſe obligare ſunt pauce & breuiter numerari poſſunt.ideo de illis uideamus. Nam ſcitis & enumeratis quibuſdam perſonis que non poſſunt efficaciter ſe obligare relinquitur nobis ceteras ſe poſſe obligare argu.ad hoc iſtituti.de his qui ſūt ſui uel alie.iur.i principio. In principio ergo noſtre rubrice domini enumerantur perſone que nō poſſunt ſe obligare & dicitur ꝙ ſunt.xiii.infans.proximus infancie.prouimus pubertati & pubes.& quis dicatur infans proximus infantie ꝛc.diui in fine precedentis rubrice.& ideo hic non expono nec iura allego ad hoc. Scias ꝙ predicte quattuor perſone impediuntur propter minorem & inconſultam etatem.ad quod facit.ff.de minor.l.i.intelligendum ē ꝙ regula generali non poſſunt ſe obligare predicte perſone nec contractus celebrare in quibuſdam caſibuſ tamen obligantur naturaliter & ciuiliter.ut.ff.de inter.ſcilicet mino.l.ſi curatorem habens.& inſtitu.de inutilis ſtipulatione.§.quos caſus ſtatim habebis in qualibet perſona per ſe. Sunt & alie due perſone que nō plene contrahunt ſcilicet filiuſfami.qui eſt i poteſtate patris qui nō aſtringitur i mutuo.nec pater etiam nomine filii ut.C.ne filius ꝓ pa.l.i.nec de uoto etiam.ut.ff.d̄ polli.l.ſi quis rem.§.uoto.in omnibꝰ aliis tenetur & obligetur niſi habeat aliquod iuris impedimentum.ut inſtitutio.de inutili ſtipulatio.§.item inutilis ibi.filii uero famil. Filius autem emancipatus & de mutuo & de omnibus aliis tenetur. niſi habeat aliud impedimentum ab etate uel aliunde.Et de iſto filio emācipato & etiam deo qui eſt in poteſtate plenius declarabitur infra in.§.filius uero familias.Et eſt ſeruus qui impedit contrahere ſe obligando alteri.ut inſtitutio.de inutili ſtipulatione.§.item inutilis. In caſibus tamen poterunt ſe obligare quoſ habebis infra in.§.ſeruus. Impediuntur autem iſte due perſone ratione patrie poteſtatis & dominice ſub qua poteſtate ſunt. Sunt & alie tres perſone que impediuntur contrahere.ſ.mutus q ſtipulari non poteſt. Item ſurdus qui etiam ſtipulationem facere non poteſt. ut inſtitutio.de inuti.ſtipulat.§.mutus. Item furioſus non poteſt ſe obligare.ut inſtitutio.de inſtitu.ſtipula.§.furioſus.

Quod idem dicendum eſt de mēteca-

UVA. BHSC. IyR_072

pro.ut inſtit.de cura.§.item . Et impe-
diuntur iſte tres perſone propter mor-
bum quem patiuntur. Sunt & alie q̄t-
tuor que prohibentur contrahere.ſ.pro
digus . & eſt prodigus qui deſtruit de-
ſtruenda & non deſtruenda de quo an
poſſit contrahere plene dicam tibi infra
in.§.prodigus. Item hereticus . & eſt
hereticus qui deuiat in articulis fidei.
Item apoſtota & eſt ille qui cum fuiſ-
ſet xp̄ianus derelinquit fidem qui adhe-
ſit ſecte iudeorum uel alteri ſecte. Iteꝫ
committens crimen leſe maieſtatis & di-
citur crimen leſe maieſtatis qui in neceꝫ
Imperatoris aliquid machinatus eſt & i
multis aliis caſibus committit crimen le
ſe maieſtatis quos dicam infra in.§. pro
digus . & diuiſionibus iſtis quattuor ꝑ-
ſonis ſcilicet quis dicatur prodigus. he-
reticus.apoſtota.committens crimen le
ſe maieſtatis . an poſſint contrahere ple
ne dicetur infra ubi tractabitur de quoli
bet per ſe in.§.ſuis. Et impediuntur iſte
quattuor perſone contrahere propter
delictum qđ commiſerunt . nam errare
in fide uel deſerere fidem xp̄ianam & ad
herere alteri uel aliquid machinari in ne
cem Imperatoris eſt delinquere & gra-
uiter & propter tale delictum aufertur
iſtis quattuor perſonis facultas contra-
hendi . ut hec probatur . j̄ . in ſuis locis
congruis. Et ita collige ex predictis .
ꝙ.xiii.ſunt perſone que regulariter pro
hibentur contrahere quattuor ſunt cau
ſe que impediunt eas.ſ.minor etas pote-
ſtas . morbus.& delictum. Quattuor
perſone impediuntur propter minorem
etatem . due propter poteſtatem . tres ꝓ
pter morbum . quattuor propter deli-
ctum & hec aperte in littera patent de q̄
bus omnibus per ordinem eſt uidendū
& tractandum.& primo de infante.

Infans ꝛc.rubrica.

N.§.iſto primo queritur . utrū
infans ideſt minor.vii.an.cōtra-
here poſſit uel ſtipulando ſibi
uel alteri ſe obligando . & dicitur ꝙ nō
naturaliter nec ciuiliter obligatur alte-
ri promittendo cum enim ſtipulatione
contrahenda requiratur utriuſqꝫ partis
conſenſus & conſonans intellectus . ut
inſtit.de uerbo.obli.§.ſed hec ſolennia.
Item cum in qualibet obligatione cō-
trahenda exigatur utriuſqꝫ uoluntas . ut
C.de acti.& obli.ſicut & ipſe infans nul
lum habet intellectum . ut inſti.de inu-
ti.ſtip.§.pupi. conſtat aperte ꝙ ipſe in-
fans nullam contractus partem ſtipula-
toriam uel obligatoriam ſtipulari po-
teſt . dicitur enim infans nullam contra
ctus partem ſtipulatoriam uel obliga-
toriam ſtipulari poteſt . Dicitur enim in
fans ideſt fari non ualens . & dicitur ſi-
milis furioſo qui propter carentiam mē-
tis & cerebri non intelligit quid agit. ut
s̄.prealleg.§.pupil. In caſu tamen re-
peritur ꝙ infans ſtipulatur & ualet ſti-
pulatio ut ſi ſtipuletur a tutore ſuo rem
ſuam ſaluam fore . & eſt ſpeciale ut poſ-
ſit ſibi prouidere in hac ſtipulatione li-
cet perfectum intellectum non habeat .
ff.rempub.ſal.fo.l.ſeruum. nec bene cō
ſonat quod quidam dicunt ꝙ alios po-
teſt ſibi obligare etiam ſine tutore ſi in-
tellectum habet & loqui ſcit . ipſe non
dicitur habere intellectum in tali etate .
ut inſtit.de inuti.ſti.§.pu.&.ff. rem pu-
bli.ſal.fo.l.ſeruum . & eſt tantum ſpecia
le in ſtipu.rempubli. ſal.fo.l.ſeruum in
qua ſi ſcit loqui ꝙ poſſit ſibi alios obliga
re.ut prealleg.l.ſeruum plene not.

Rubrica.Si maior infante.

Equitur uidere de proximo in-
fantie qui eſt a ſeptem annis ſu-
pra uſqꝫ ad decem cum dimidio
maſculus . & femina uſqꝫ ad.ix.cum di-
midio. Et queritur an iſte talis poſſit
contrahere aut ſtipulando ſibi uel alte-
ri ſe obligando . & certe licet ipſe non-
dum perfecte ad capacitatem intellec-
tus & doli attingeret . & ideo dicatur
non intelligere perfecte attamen de gra-
tia & benigniori iuris interpretatione
permiſſum eſt ei propter ſuam utilitaem

UVA. BHSC. IyR_072

utilitatem ſtipulari poſſe & alios ſibi obligari ſine aliqua tutoris auctoritate. naȝ placuit meliorem quidem ſuam conditõnem facere etiam ſine tutoris auctoritate. ut inſtitu. de inutili ſtipulatio. §. pupillari & inſtitutio. de auctoritate tutorum in principio. Sed nunquid poterit ſe alteri obligare. Et certe diſtinguendum eſt. quia aut habet tutorem. aut nõ ſi non habet tutorem tenetur in duobus caſibus ciuiliter & naturaliter ſcilicet primo in ſponſalibus contractis. ut puta qa promiſit accipere aliquam in uxorem ꝑ uerba futuri temporis. iſta enim dicuntur ſponſalia & de contractu de quo eſt factus locupletior. ut. ff. de ſponſa. l. in ſpon. &. ff. quomodo. l. iii. &. ff. de nouas l. i. in fi. Et dicitur locupletior cum pecunia eſt ſalua uel in aliam rem ſuam conuerſa. ut. ff. de ſolutio. l. i. in principio. In aliis uero contractibus quando tutor caret tantum naturaliter obligatur quia ſola naturalis eſt inefficax ad agendum & ꝙ ipſe tantum naturaliter poſſit obligari proximus ĩfantie ſecundum quod modo dixi. ſ. quando caret curatore uidetur notatum per glo. ordina. in pluribus locis. Primo ut in inſtitu. quib. mod. re. contra. ob. iu. §. his quoqȝ. & inſtit. qui. mo. tol. obli. §. preterea. &. ff. de nouati. l. i. ubi plene nota. Sed alii tamen uoluerunt dicere ꝙ etiam naturaliter non obligatur. & ita tenet textus ſumme noſtre cum domino Azo. & pro eis poſſet allegari quedam glo. ordinaria que uidetur illud dicere. ff. de regulis iuris. l. pu. Primum tamen uidetur glo. ordi. tanq̃ uerius ſepe approbare & notare. ut in preallega. l. aperte colligitur. & prodeſt hoc ſcire ſcilicet an naturaliter teneatur quia ſuper illa natnrali poſſet fideiuſſor accedere qui teneretur naturaliter & ciuiliter. ut inſtitu. de fideiuſſo. in principio. &. ff. de fide. l. ꝙ enim & notatur. ff. de fide. l. marcellus. Si uero tutorem habet tunc diſtingue. quia aut contraxit cum ipſo tutore. aut cum extraneo. Si cum tutore ſuo nec naturaliter nec ciuiliter obligatur ut. ff. de aucto. tuto. l. pu. niſi eẽt locupletior. Sed ſi uni ex pluribus tutoribus ſe obliget auctoritate alterius tutoris ciuili. & naturaliter obligatur. ut. ff. de aucto. tuto. l. pu. in pri. Quid ſi alteri extraneo ſe. obligat ſi quidem hoc facit cum auctoritate tutoris. tenetur naturaliter & ciuiliter. ſed ſi decipitur poteſt reſtitui. ut. ff. de auctoritate tutorum. l. impuberes. Si autem ſine auctoritate tutorum cum extraneo contrahit naturaliter tantum obligatur. ſecundum unam opinionem. ſed ſecundum aliam nullo modo. ut. ſ̄. not. niſi ſit inquatum factus eſt locupletior. & in ſponſalibus contractis. ubi tenetur naturaliter & ciuiliter. ut dixi. & facit ad hoc. ff. de conde. inte. l. naturaliter. & l. ſequen. in ſponſalibus uero non ita obligatur ut teneatur tantum illam accipere in uxorem ſi nõ uult ſed obligatur ad hoc quia pendente ſua etate pro ximitatis infantie uſqȝ ad. xiiii. annos non poteſt contrahere ſponſalia ſiue matrimonium cum aliqua alia muliere.

Proximus pubertati eſt.

Ercio loco de proximo pubertati agendum eſt. de quo ſcire debes ꝙ cum ipſe ſit iam capax intellectus & doli. Et ideo teneatur de omni crimine preterq̃ de crimine adulterii. ut. ff. de regulis iuris. l. pu. & ad. l. iul. l. ſi minor. &. ff. de minor. l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. conſtat eum poſſe conſentire. & ideo ſtipulari & alios ſibi obligari. etiam ſine aliquo tutore. ut inſtitu. de inutili ſtipulatione. §. pupillari. Sed ſi ipſe uelit ſe alteri obligare diſtinguendũ eſt. quia aut habet tutorem aut non. Si non habet tutorem naturaliter tantum tenetur niſi in tribus caſibꝰ quos dicam infra quibus ciuiliter & naturaliter obligatur. ſi autem habeat tutorem ſi quidem promittat tutori ſuo. naturaliter etiam non tenetur niſi faciat alterius con tutoris auctoritate. nam tunc naturaliter & ciuiliter aſtrictus eſt. ff. de auctoritate tu. l. pu. l. ſed ſi extraneo promittat

UVA. BHSC. IyR_072

ſiquidem cū tutoris auctoritate ciuiliter & naturaliter tenet̄. Si autē ſine tutoris auctoritate extraneo promittat naturaliter tantum tenetur niſi in tribus caſibus ſcilicet in ſponſalibus & de contractu de quo factus eſt locupletior & quando dolum commiſit. ut quia dixit ſe maiorem per mendacium & animo decipiendi ſciens ſe eſſe minorem. quia tunc ratione doli tenetur. ut.C.ſi mi.ma.ſe dixe.l.ii. nam & doli capax eſt. ut.ff.de dol.l.heredibus.§.ergo arbitror & ſic patet ꝙ ꝓximus pubertati tenetur đ dolo ultra q̄ proximus infantie teneatur. Alii etiam quandam aliam differentiam inter proximum infantie & proximum pubertati inducunt. dicunt enim proximum infātie promittentem ſine tutore nullo modo teneri. proximum autem pubertati ſine tutoris auctoritate promittentem naturaliter teneri. quod non eſt indiſtincte uerum ſecundum plurimas glo. do. Acur.in quibus ipſe notauit ꝙ tantum naturaliter tenentur quando ſine tutore promittunt. & ſic quantum ad hoc ſecundum illas glo. Ac. non eſt differentia inter eos. ut inſti. quib. mo.tol.o.§. preterea.&.ff.de nō.l.i.in fi.l.plene no. & dixi ſupra in princ.huius.§. Extra litteram quero ſi eſt quidam mīor.xiiii. an. qui ſit in poteſtate patris an poſſit ſe obligare. Reſpondeo non obligatur etiam cum auctoritate patris. ut inſti.đ inuti.ſtipu.§.pu.in uerſ.ſed qui in parētis. Sed que eſt ratio ꝙ impubes qui patrem non habet obligatur cum tutoris auctoritate. ſed impubes qui eſt ī poteſtate patris non obligatur etiam patre auctore. Reſpondeo quia tutorem habet obligatum ſi male auctoretur patrē autem non. ut.C. de bonis que liber.l. cum oportet.§.ſub hac. & eſt hoc notabile ſcire & utile quia accidit quandoq; ꝙ aliquis emit rem a patre & uult ꝙ filius impubes obliget ſe. ad hoc.quia forſam habet ius propter dotem matris cui ſucceſſit quod facere non poteſt dum eſt impubes & ſub poteſtate patris. de hac queſtione uide in lectura domini Iohannis.in inſtitu.de inuti.ſtipul.in.§.pupillus.quam ibi notaui. Si autem filiuſfa. eſſet pubes tunc obligatur ac ſi eſſet paterfa.etiam ſine conſenſu patris. & ſecūdum ꝙ alii adulti ſe obligant de quibus iam ſtatim infra dicam. ut probatur.ff. de uerb. obli.l.fi.§.i. excepto in mutuo & uoto de quibus non tenetur. de quo plene dicam infra.§. filius. & quod dictum eſt de filio impubere idem de filiofami.pubere dicendum eſt. ut.ff.de uerbo.obli.l.fi.§.i. Item ſecundo ſcias ꝙ illud quod dixi.ſ̄.ꝙ pupilli promittendo cum tutoris auctoritate obligantur ciuiliter & naturaliter. ut eſt in obligationibus & promiſſionibꝰ in quibus nō alienatur de ſuo quod ſeruari poſſit. Si autem alienarentur immobilia uel alia que ſeruari poſſunt tunc non ſufficeret tutoris auctoritas. ſed eſſet neceſſe decretum iudicis & cauſa legittima alias n̄ ualeret. ut.C. de admini.tut.l.lex que. & dicam.ĩ. in ſequēti rubrica plene deo dante. in.§.i. Item nota ꝙ ubicunq; dixi tibi ꝙ minor obligat̄ cum auctoritate tutoris & ualet promiſſio ſua ſemp. tamen ſi in illo contractu decipiatur poteſt petere reſtitutionem in integrum etiam de modico dampno. nec credas ꝙ ideo priuetur reſtitutione quia tutor interuenit ſiue in iudicio fuerit cum tutore ſiue extra iudicium aliquod cum eius auctoritate geſſerit. ut.C.ſi tutori.uel.curatori.interue.l.minor.& ideo tunc duas uias habet. nam poteſt reſtitui contra aduerſarium cum quo contraxit ſi uult. uel poteſt agere perſonali actione tutele contra tutorem ſcilicet ſuum pro indempnitate ſua. nec preiudicat ſibi in eligendo. ut.C. ſi tut.uel cur. interue.l. etiam. Item quantumcunq; iuret iſte impubes non priuatur reſtitutiōe. quia impuberes non iurant ut teneantur.ut. ff.de iureiuran.l.qui iuraſſe. Item & ſi decreto iudicis cōtrahat pupillus & cuʒ auctoritate tutoris & probauerit ſe leſū petet reſtitutionem in integrum.nam licet decretum iudicis interuenerit non priuatur ideo reſtitutione.ut.C.de pre-

UVA. BHSC. IyR_072

di.mi.l.ſi quid.&.C.de adminiſtra.tu.l. lex que.

Puberes.i.maiores.xiiii. añ.

Varto loco de pubere eſt tractandum circa quem obmiſſo quis dicatur pubes.uidetur litera tangere tria .ſ. an teneatur pubes de contractibus factis a predeceſſore ſuo .& an in illis contractibus predeceſſoris poſſit reſtitui.Secundo an teneatur de contractibus factis a contutore ſuo. Tertio añ teneatur de ſuis propriis contractibus. Ad primum redeo ad quod declarãdum ſcias ꝙ predeceſſor dicitur ille de cuius bonis peruenit ad minorem utputa aliquis inſtituit eum heredem. nam ille dicitur predeceſſor & iſte minor ſucceſſor.an ergo tenebitur iſte minor qui ſucceſſit alicui de contractibus illius cui ipſe ſucceſſit puta quia ille uendidit uel permutauit uel aliter contraxit. Reſpondeo ſi ille predeceſſor non tenebatur.ut quia erat talis perſona que non poterat contrahere. nec enim iſte minor ſuccedens tenebitur de illis contractibus factis a predeceſſore ſuo nec etiam alius ſuccedens tenetur exquo predeceſſor non tenebatur.Si autem predeceſſor tenebatur.ut quia erat talis perſona que poterat ſe optime obligare & contrahere tenebitur iſte ſucceſſor nec in iſtis contractibus ſuccurritur ei licet tempus ſoluendi incidat in tempus minoris ſuccedentis ut quia defunctus maior erat & emit rem & debebat ſoluere precium infra certum tempus. alioquin res eſſet inempta.minor ſuccedens non ſoluit precium ad tempus ſtatutum ita ꝙ res facta eſt inempta uult reſtitui iſte minor ut ponatur infra tempus ꝙ debebat precium ſoluere.Reſpondeo ꝙ non poteſt quia predeceſſor maior contraxit & non ipſe minor.ut notatur & legitur.ff.de minoribus .l. nullus. Sic ergo ſi predeceſſor in ſuis contractibus poterat reſtitui.ut quia erat infra tempora infra que petitur reſtitutio. & iſte ſucceſſor poterit etiam maior. ut.ff. de mino.l.minor autem.Si uero predeceſſor non poterat reſtitui quia exceſſerat tempora reſtitutioni deſtinata.nec ſucceſſor etiam minor in illis contractibus predeceſſoris poterit reſtitui.Sed quere ſi predeceſſor poterit reſtitui. quia adhuc erat infra tempus.xxvi.ii. annorum quando deceſſit & fuerat deceptus in minori etate quantum tempus habebit iſte minor ſuccedens ad petendam reſtitutionem in illo contractu predeceſſoris ſui.Et certe ad plene ſciendum quod tẽpus habeat ſucceſſor ad petendum reſtitutionem in contractibus predeceſſorũ in quibus predeceſſores reſtitui poterant.diſtinguendum eſt.quia aut minor ſuccedit minori qui reſtitui poterat. & tunc iſte minor ſuccedens habeat quadriennium. quod non currit ei ſuccedenti niſi poſt completam ſuam minorem etatem.& ſic habet totam ſuam minorem etatẽ.ſuccedentis & ea finita quattuor annos. Si autem minor ſuccedit maiori.quia adhuc maior habebat aliquid de quadriennio.forſan quia erat in xxvii.anno. & ita duos habebat annos ad reſtitutionem petendam .tunc minor ſuccedens habet duos annos qui ſupererant defuncto qui non currunt ei niſi poſt completam ſuam minorem etatem. & ſic habet totam ſuam minorem etatem & ea finita id tempus quod reſtabat defuncto. ut hec probantur.C.de tem.reſti.l.eam que.§.ſi quando ſe. Si autem maior ſuccedat minori tunc ille maior ſuccedẽs habet quadriennium quod incidit currere ei ſtatim adita hereditate. non autem habet minorem etatem illius defuncti.ut preale.l.ea que in fi. Si autem maior ſuccedat maiori qui poterat reſtitui.quia erat adhuc infra tempora reſtitutionis.ut quia forſan erat i.xxviii. anno.& ita unum annum habeat ad reſtitutionem petendam iſte defunctus habebit ſuccedens illud tempus quod ſupererat defuncto.ſ.annum.& ſic patet ꝙ illud tempus quod habebat defunctus & incipit ſtatim ei currere.ut.C.de tem.

UVA. BHSC. IyR_072

re.l.ii. Nunc uidendum eſt an pubes
teneatur de contractibua factis a contu/
tore ſuo . & bene dicit a contutore quia
modo non habet tutorem exquo eſt pu/
bes factus. ut inſti. qui.mo. tu.fi. impu.
Et certe circa hoc diſtinguendum eſt .
quia aut contraxit cum tutore ſuper re/
bus que ſeruando ſeruari non poſſunt
ut ſunt res prolixitate temporis periture
ſcilicet uinum & oleum & ſimilia. Aut
contraxit ſuper rebus que ſeruando ſer/
uari poſſunt ut ſunt predia ruſtica & do
mus.& res mobiles precioſe que ſeruari
poſſunt.ut aurum argentum & ueſtes ꝑ
cioſiſſime. Si contraxit ſuper rebus que
ſeruando ſeruari non poſſunt cum tuto
re bene potuit & tales res uendere ſine
ſolennitate ideſt ſine aliquo decreto iu/
dicis ei licuit.ut.C.de admi.tu.l.lex que
in fi.& eodem ti.l.fi.§.fi.& pecunia inde
redacta cum alia ſubſtantia pu.admini/
ſtretur . & tales contractus ſuper pre/
dictis rebus factos a contutore pubes
tenetur ratos habere. quinimmo ſuper
eis non datur minori reſtitutio niſi eui/
dens gratia uel ſordes tutoris interuene/
rit . ut quia gratiam fecit de talibus rebꝰ
aliquibus amicis ſuis . uel quia enorme
damnum fuerit paſſus . ut.ff.de mino.l.
& ſine.§.idem faciunt. Si autem contra
xit ſuper rebus que poſſunt ſeruari . cō/
tutor alienando tales res . diſtinguo qꝛ
aut interueniunt ea que de iure interue/
nire debent. aut non . ſi interueniunt
que de iure debent interuenire. uideli/
cet primo ꝙ ille tutor alienauerit cum
cauſa legibus approbata . utputa pro/
pter debitum pupilli uel propter aliam
cauſam iuſtam que cauſe in ſequenti ru/
brica melius exponuntur . Secundo ꝙ
cum decreto iudicis alienauerit . Tertio
ꝙ auctoritas tutoris interuenit . ex quo
idem uendidit & interpoſuit auctorita/
tem in ipſo contractu . & tunc ualet &
tenet contractus ipſo iure . pupillus fa/
ctus pubes tenetur habere ratos contra
ctus . Vnum tamen ſciendum eſt ꝙ ſi
minor percepit leſionem in illo contra/
ctu in quo ſolennitates predicte interue
nerunt etiam ī modico danno poteſt pe/
tere reſtitutionem in integrum quantū/
cunqꝫ decretum & alie ſolennitates in/
teruenerint . ut probatur .C. de predi.
mino.l.ſi quidam . &.C. de adminiſtra.
tuto.l.lex que . &.ff.de minoribus.l.ta/
men . Si autem aliqua de predictis ſolē
nitatibus deficeret . utputa quia fuit fac/
ta alienatio ſine decreto uel ſine cauſa
tunc contractus ipſo iure non tenuit.
nec pubes tenetur cōtractum ratum ha/
bere . nec expedit ꝙ reſtitutionem impe
tret quia de iure communi tutor eſt uen
dicando & recuperando per uiam ordi/
nariam . quia ubi uia ordinaria compe/
tit non eſt recurrendum ad extraordina
riam.ſ.ad reſtitutionem .ff. de mino. in
cauſa in prin.

De his autem que geſta ſunt.

Iſo an pubes teneatur de contra
ctibus predeceſſoris ſui . & an
teneatur de contractibus contu
toris ſui. Sequitur tercio loco uidere
an de ſuis propriis contractibus tenea/
tur . Circa quod diſtinguit littera & be/
ne . quia aut iſte pubes habet curato/
rem aut non . Si habet curatorem &
contrahit cum eius auctoritate tenetur
naturaliter & ciuiliter . ut.C.de in inte.
reſti. minorum .l.ſi curatorem . uerum
tamen ſi decipiatur in modico danno
quantuncūqꝫ curator interuenerit petit
reſtitutionem . ut.C.ſi tut.uel cur.inter
ue.l.etiā. Si autem contrahit ſine aucto/
ritate curatoris quam habebat . tunc nō
aſtringitur ciuiliter licet naturaliter te/
neatur . ut prealleg.l.ſi curatorem. nec
eſt opus ꝙ reſtitutionem petat . ſed ipſo
iure tutus eſt . Si autem non habet cu/
ratorem aliquem . quia noluit habere.
quod optime poteſt eſſe quia non cogū/
tur habere curatorem adoleſcentes ſi no
lunt niſi uellent iudicio intereſſe . nam
tunc expedit ꝙ habeāt.ut inſtit.de cura/
to.§.inuiti.ibi enim dicitur inuiti adole
ſcentes curato. nō accipiunt ꝑterquā ad
litem.tūc enim quādo nullum habet cu

UVA. BHSC. IyR_072

ratorem pubes ſi contrahit optime obligatur naturaliter & ciuiliter tenetur cuꝫ effectu de omnibus contractibus quos ipſe facit. ut in prealle. l. ſi curatorem. C. de in integ. reſti. mi. ſi. l. Veruntamen ſi decipiantur etiam in modico dampno iſto caſu petunt reſtitutionem ut ibidem legitur. Vnum tamen eſt ſciendum ꝙ ubicunque dixi ꝙ pubes obligatur efficaciter cum auctoritate curatoris quando habet. uel ſi non habet ipſe ſolus contrahendo obligatur cum effectu. intelligendum eſt in contractibus in quibus de rebus ſuis que ſeruari non poſſunt alienat. nam ſi alienaret res immobiles uel mobilia precioſa. tunc neceſſarium eſſet decretum iudicis. & cauſa iuſta quare alienat. alioquin non ualeret alienatio. ut. C. de adminiſtra. tuto. l. lex que.

Sed quid ſi minor habens tutorem uel curarorem uendidit rem que poteſt ſeruari cum decreto iudicis ſine tutoris uel curatoris auctoritate. Quidam dicunt ꝙ non ualet. quaſi unum ſit omiſſum de neceſſariis ut. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi pretor. ibi enim legitur. Et ſi pretor aditus erit citra cauſe cognitionem trãſigi permiſerit ſuper alimentis in teſtamentis relictis. tranſactio nullius erit momenti. pretori enim ea res querẽda eſt commiſſa non negligenda nec donanda & ad hoc ẽ. C. ſi propter pu. pen. l. ſi. & hoc uidetur ibi Acur. approbare. Sed in contrarium uidetur quod eſt de mino. l. ait pretor. §. permittatur. Sed illud ſolutione facta mi. in qua non requiritur tanta ſolennita. ſicut quando alienat. Item contra. C. qui admit. ad bono. poſſeſſio. l. bonorum. & de hoc no. C. de in integ. reſti. mino. l. ſi curatorem habens. hodie tamen ſi adultus alienat etiam immobilia & iuret in contractu. ualet alienatio. licet decretum iudicis uel cauſa legittima non interuenerit. & priuatur reſtitutione etiam propter iuramẽtum in omnibus caſibus ſupradictis. ubi dixi eum reſtituendum eſſe ſi decipiatur ut in auten. ſacramenta puberum ſponte facta ſignata. C. ſi aduer. uen. ſuper. l. i. quod in pupillo locum habere non poteſt quia ipſe iurare non poteſt. nec iuramentum ei preiudicat. ut. ff. de iureiurã. l. qui iuraſſe. Et quia dictum eſt ſupra ꝙ minores in contractibus eorum qui de iure tenuerunt iuuantur beneficio reſtitutionis in integrum ſi in illis decipiantur. Ideo de reſtitutione aliqua tangenda ſunt. Primo quidem ſcias ꝙ reſtitutio eſt prioris ſtatus reintegratio. reſtitutio enim omnia reddit ad priſtinum ſtatum. ut. C. de repu. l. i. & . ff. de mino. l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. unde ſi uendidit minor predium & deceptus petat reſtitutionem debet emptor reddere predium cum fructibus quos inde habuit & iſte minor habet reddere precium qđ inde habuit quod eſt intelligendum ſi ipſe minor factus eſt locupletior. i. ſi habet illam pecuniam ſaluam uel in ſuam utilitatem conuerſam alioquin non redderet aliquid & nihilominus predium quod ei uendidit redderetur. & idem eſt in aliis contractibus in quibus petit reſtitutionem ut reddat quod peruenit ad eum ſi eſt locupletior. i. ſi habet ſaluum quod habuit uel in ſuos uſus conuertit. ut. ff. de mino. xxv. an. l. patri. §. i. & . l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. & . C. de repu. l. i. & . C. de predi. mi. l. ſi predium. Secundo querendum eſt de quo damno reſtitutionem petant minores Circa quod ſcias ꝙ triplex eſt damnum. ſ. enorme. modicum. & minimum. Enorme damnum eſt quod eſt ultra dimidiam iuſti precii quod fuerat tempore contractus. quod eſt notabile de reſcindẽ. uendi. l. ſi uoluntate. ut ſi res mea ualebat decem ego uendidi pro quattuor. ego uenditor ſum deceptus enormi damno. Ait enim lex ſi minoris precii rem tuam uendiſti tibi ſubueniendum eſt. minus autem precium eſſe uidetur ſi nec dimidia pars fuerit iuſti precii ſolu. ut. C. de reſcindẽ. uendtio. l. ii. emptor etiam poſſet eſſe deceptus enormi damno. utputa ſi res ualet. x. pro. xxi. emat ipſe licet quidam dixerint aliter. ſ. ꝙ quando emit pro. xxi. rem que ualebat. x. ꝙ tunc tantum ſit

UVA. BHSC. IyR_072

ſdeceptus enormi damno. ſed ſi infra.xxi
daret.non eſſet enorme ſed eſſet modicũ
quod non placet Ac. quia tunc quando
res ualet decem & aliquis emit pro.xxi.
non dimidiam ueri precii ſed duplum
excederet.ut hec probantur.C. de reſci.
uen.l.ii. In iſto itaqȝ enormi damno
ſuccurritur omnibus maioribus & mio-
ribus. licet reipſa fuerit leſio ſine dolo
aduerſarii. unde ſi uendidi rem & fui de
ceptus enormi damno.reddam precium
quod habui & repetã rem. ſed ſi emptor
uoluerit poteſt ſupplere iuſtum preciũ
& retinere rem quia ipſe habet electioné
ut.C.de reſcin. uendic.l.ii. & eſt hoc in
omnibus bonefidei contractibus ut in
diuiſionibus propterea factis & permu-
tationibus & ſimilibus ut ĩ enormi dam
no ſuccuratur leſo.ut.C.ex qui.cã ma.l.
in contractibus. In contractibus auté
ſtricti iuris excipitur de dolo a paſſo e-
norme damnum. ut.ff.de uerbo.obli.l.
ſi quis aliter. Sed quero quomodo pe-
tatur iſtud enorme damnum. Reſpon-
deo actione deſcendenti ex eo contra-
ctu in quo fuit commiſſum enorme dam
num & uſqȝ ad.xxx. annum poteſt peti
reſtitutio de iſto enormi damno.ut hoc
notatur.C.ex quibus ca.ma.l.contracti
bus.&.C.de reſcin.uen.l.ii. Alii aliter
dicunt.quod dic ut not. j. de obli.in.§.
item inutilis eſt contractus ſi fiat per me
tum uel dolum circa finem.§.item que-
ro quomodo ſcietur quod ſit uerum pre
cium alicuius rei uendite. ita ut per hoc
cognoſcamus ꝙ ſi damnum excedat di-
midiam illius ueri precii.ſit enorme dã-
num. Reſpondeo non per hoc ꝙ duo
uel tres uelint dare.x.pro aliqua re. di-
cam illa decem eſſe uerum precium illiꝰ
rei.quia precia rerum non conſtituun-
tur ex affectionibus ſingulorum. ut.ff.
ad.l.fal.l.precia.ff.ad.l. acquil.ſi ſeruus
Debent ergo inſpici uenditiones factas
locorum exiſtentium iuxta illum de quo
modo queritur. Item rei qualitatem &
redditum quantitatem. ut.C. de reſcin.
uend.l.ſi quos.& in autenti.de ali.& em
phi.§.ſin autem.&.ff.de re. eo.l.penul.
l.ꝑ̃. Item quid ſi iuraui uenditor ma-
ior non uenire contra uenditionem. an
poterit uenire contra ſi paſſus eſt enor-
me damnum.do.Pla. dixit ꝙ nihilomi-
nus poterat uẽditor petere rem uel iſtũ
precium ſibi ſuppleri. quia non preciſe
agit ut uenditio reſcindatur.Sed do.Ac.
& do. Azo.dicunt contrarium.quia quo
dam modo uidetur agere ad reſciſionem
uenditionis talia petendo.ar.ff.de cond.
inſti.l.que ſub conditione.C. ſi quis ſub
conditione. Secus autem in minore iu-
rante non uenire contra uenditionem.
quia ſi ipſe iurat non uenire contra uen-
ditionem. nihilominus ſi decipiatur in
enormi damno petet reſtitutionem enor
mis damni.cum ibi iuramentum opere-
tur tantum ut uideatur maior. Vnde
ſicut quilibet maior poſſet predictum
beneficium implorare ſic iſte poteſt.
Vnde iſtud iuramentum repreſentat eũ
tantum loco maioris. ex qua repreſen-
tatione priuatur modico damno tantum
non autem enormi.& hoc eſt uerum ni-
ſi ipſe iuraſſet etiã occaſione minoris pre
cii non uenire contra. uel niſi maior di
xerit ſe donare quod erat ultra precium
conuentum. quod ſemper preſumunt
gloſatores quidam ꝙ ſciat uires rei ſue.
ut.C.de reſcin.uen.l.quiſquis.ff.de act.
emp.l.i.& not. prealle.l.de reſcin. uedi.
l.ii. Item circa materiam quero ſi em
ptor qui emit rem aliquam in qua uendi
tor fuit deceptus enormi damno uendi-
derit eam rem poſtea alii. an nihilomi-
nus agi poſſit de enormi damno contra
illum primum emptorem & dic ꝙ ſic.
quia per eum factum eſt quo minus ha-
beat rem.ar.ff.de rei uend.l.ſi hominem
in prin.&.ff.de uerb.obli.l.ſi ſeruum.§
ideꝗ.ſecus ſi fortuito caſu res periret pe
nes illum emptorem primum quia tunc
ſufficeret uenditorem reddere precium
quod inde habuit.ff.đ iure doti.l.ſi res.
§.i. Eſt & quoddã aliud damnũ quod
dicitur modicũ.ſ.illud quod conſiſtit in
fra dimidiũ iuſti precii nõ tamé minimã
ꝯtinet leſionem.utputa ſi res ualebat.xx.
uendidit eã cuidã pro.xiii.uel.xiiii.& ꝑ



UVA. BHSC. IyR_072

tali damno modico reſtituuntur ſoli mi
nores licet facilitate leſi fuerint & ſine fra
ude aduerſarii . uel etiam calliditate ad
uerſarii.ut.C.de in integ.reſti.l.minori-
bus.&.ff.de mino.l.i.&.l.tutor.&.l. qđ
ſi minor.§.non ſemper.& inſti.de here.
qua.& diffi.§.extraneus.Et in hoc mino
res ſũt priuilegiati ultra maiores. In tali
autem damno modino maioribus nõ ſuc
curritur.quia licitum eſt contrahentibꝰ
ſe circũuenire ad inuicem in precio .ut.
ff.de nũ.cauſe.§.idem pompo.& hoc ē
uerum ꝙ maioribus non ſuccurritur in
tali damno quando in re ipſa fuit leſio ſi-
ne dolo aduerſarii.ſed ſi dolus aduerſa-
rii ĩtercesſiſſet in ꝯtractu utputa quia uē
ditor uenditus fuit multa de re quam uē
debat ut maiore precio uenderet eam.&
ita emptor deceptus eſt propter menda-
cia illa.ſuccurritur ei etiam maiori ĩ mo-
dico damno pro intereſſe ſuo actione ex
eo contractu.ut.ff.de actio.empti.& uē.
l.iul.§.ſi uenditor uel ſi dolum dediſſet
cauſam contractui diceret cõtractum ip
ſo iure nullum.ut.ff.de dolo.l.eleganter
in principio.  Eſt quoddam aliud dam
num quod dicitur minimum utputa ſine
aliquo contractu ſit leſio minima uel in
precio uel in re uendita de quo non po-
nitur exemplum.dominus Ac.dicit ꝙ iu
dicis arbitrio relinquitur determinandũ
quod dicatur minimum damnum. idem
uidetur ipſe dicere de modico ſcilicet ut
arbitrio iudicis determĩetur quod ſit mo
dicum damnum licet poſuerim tibi ſupe
rius exemplum.unde dicit ipſe quod mo
dicum damnum & quod minimum dam
num dicatur arbitrio iudicis committitᷣ
ut argumentum.ff.de iure doli.l.i.§.ulti
mo.  De hoc autem minimo damno
minores non petunt reſtitutõnem.ut.ff.
de in integrum reſtitutõne.l.ſcio.  Ter
tio uidendum eſt circa reſtitutionem in-
fra quantum tempus minores petunt re
ſtitutionem. Ad quod ſciendum eſt ꝙ
olim toto tempore minoris etatis petere
poterunt & finita minori etate habebunt
utilem annum.ut.C.de tempo. reſtituti.
l.fi.  Et dicitur utilis annus in quo cõ-
putãtur dies tantum iñ quibuſ redditur
ius.Sunt enim tria neceſſaria in utili an-
no ſcilicet ꝙ actor habeat copiam agen-
di per ſe uel per alium .  Item poteſta
tem conueniendi per ſe uel per alium
reſpondentem.Item debet eſſe ius reddē
tis copia quod in feriis diebus eſſe non
poteſt.quia in talibus diebus ius redde-
re non poteſt iudex.& ideo tales dies nõ
computantur ſcilicet in anno utili. Et ꝙ
illa tria ſint neceſſaria in anno utili pro-
batur.ff.de diuer. tempo. preſcript.l.i.
hodie uero minores petunt reſtitutio-
nem de leſione quam receperunt in mi-
nori etate toto tempore minoris etatis &
finita minori etate habent quadriennium
continuum de his enim omnibus quas
receperunt in minori etate quod quadri
ennium incipit currere in continenti.cũ
xxvi.annorum prima dies illuxerit . in-
fra quod quadriennium cauſa reſtitutio-
nis in integrum debet inchoare & finiri
ut.C.de tempo.re.l. fi.nam licet alie a-
ctiones perpetuentur conteſtatione fa-
cta in eis uſqȝ ad xl.annos.ut.C.de pre-
ſcript.xxx.uel.xl. ann.l.fi. officium ta-
men iudicis per quod petitur reſtitutio
minorum non perpetuatur.ſed ĩfra qua-
driennium debet inchoari & finiri.ut p̃-
allega.l.fi.C.de tem.po.reſti.unde ſi ille
qui petit reſtitutionem uellet ſibi dari di
lationem talem que pertenderetur ultra
quadriennio non debet audiri . ut.C. de
tempo.reſti.l.petente.Sic etiam eſt in a-
ctione de dolo que ex eo die quo aſſeri-
tur dolus commiſſus infra biennium cõ
tinuum debet inchoari & finiri nec con-
teſtatione litis perpetuatur.ut.C.de do-
lo.l.fi.Regulariter autem actiones per
conteſtationem perpetuantur ad.xl. an-
nos.ut.C.đ preſcrip.xl.an.l.fi.  Quar
to eſt uidẽdum circa materiam reſtitutõ
nis quid debeat facere ille qui petit reſti-
tutionem ut habeat quod petit . Et certe
dici poteſt ꝙ debet probare ſe leſum ſci
licet facilitate uel dolo aduerſarii . licet
quidam dicant ſufficere ſi probet ſe le-
ſum tantum.& bene dico ꝙ habet proba
re de leſione.Nam nõ eoipſo ꝙ ē minor

UVA. BHSC. IyR_072

& contraxit preſumitur propterea leſus ut.ff.de mino.l.nam poſtea.§.ſi minor. &.ff.minor.l.uerum.§.item non reſtituuntur ſpeciale tamen eſt in pecunia numerata minori ubi ſi minor petit reſtitutionem non habet probare ſe leſum. ſed preſumitur leſus odio creditoris. unde ſufficit ꝙ minor exquo conſtat eum minorem eſſe dicat perdidi pecuniam uel leſus ſum in tali muruo & reſtituetur niſi creditor probet eum locupletatum.ut C.ſi aduer.credi.l.i. In aliis autem contractibus debet probare ſe leſum ſui ſiplicitate.uel aduerſarii calliditate ſi uult obtinere in reſtitutione.ut.ſ.dixi. Item qui peti reſtitutionem habet probare minorem ſe fuiſſe tunc quãdo fecit contractum de quo petit reſtitutionem.ut.C.de in inte.reſti.l.ſi minorem.& hoc probato.ſ.ꝙ fuit minor tempore contractus preſumitur ꝙ ipſe ſit hodie infra tempora infra que poteſt reſtitutio peti.ſ.infra minorem etatem. uel infra quadrienniũ quod datur poſt minorem etatem. Si ergo probaueris te minorem debet aduerſarius ſi uult te impedire in reſtitutione probare te exceſſiſſe minorem etatem & quadrienniũm.quia preſumitur te eſſe infra tempora predicta.ymo eoipſo ꝙ probaſti te minorem tempore contractus fuiſſe niſi aſpectus indicẽ contrarium ut ĩ.dicam.& quod dictum eſt ſupra ꝙ minor petens reſtitutionem probat ſe minorem intelligas eſſe uerum niſi aſpectꝰ corporis iudicet adhuc eum eſſe minorem. quia tunc non probaret ymo aduerſarius. nam aſpectus transfert onus probandi in alium.ut not.ff. de mino.l. minor. Sed oppono & uidetꝛ ꝙ q petit reſtitutõnẽ ñ habet neceſſe ꝓbare ſe miorem iſto modo. Quia illud quod conſtat uerum fuiſſe retro preſumitur hodie uerum hinc eſt ꝙ qui retro fuit dominus alicuius rei preſumitur hodie eſſe dominus. ut.C. de probationibus ſiue poſſideris. Sed conſtat ꝙ omnis homo fuit minor.ſic ergo deberet preſumi minor hodie. & ſic non deberet grauari ut probando ſe minorem cum ſit pro eo preſumptio. Ad hoc reſpondent glo.ꝙ illud quod dicitur conſtat.ſ.fuiſſe uerꝫ preſumitur hodie.habet locum in his q̃ ex curſu temporis non mutantur ſicut eſt in domino.quia qui retro fuit dominus hodie preſumitur dominus.nam dominium ex curſu temporis nõ mutatur ſed in his que ex curſu temporis mutantur non eſt ita ut eſt in minorꝫ qui ex curſu temporis ſit maior.unde cum certum ſit ꝙ qui fuit minor ſolo curſu temporis ſit maior debet probare ſe minorem fuiſſe tempore contractus in quo petit reſtitutionem.ut preal.l.C.de in inte.reſti.l. ſi minorem.&.C.de proba.l.cum re.

Et quia ſepe de etate occurrit queſtio. quis eã debeat probare. ideo de hoc aliqua uidenda ſunt. Accidit aliquando ꝙ quidam dicit ſe maioreꝫ.quia uult ad honores admitti ad quos minores non admittuntur.ut.ff.de mun.& ho.l.ad rem uel uult iudicio per ſe intereſſe quia minor non poſſet ſine tutore uel curatore. ut.C.qui legi.per.l.i.&.ii. uel rem ſuam uolunt alienare quod aliasꝫfacere nõ poſſet ſine decreto.ut.ff.de re.e.l.i.Et ĩ omnibus iſtis quidem aduerſarius contradicit ei.queritur quis habeat probare an ipſe uel aduerſarius .Et certe dicendum eſt ꝙ iudex imponit primo onus probãdi.ex aſpectu corporis cui uoluerit. ut ecce ſi ille qui dicit ſe minorem apparet maior ex aſpectu corporis imponet onus probandi ſaduerſario contradicenti.ſi autem apparet minor ex aſpectu corporis ille qui dicit ſe maiorem. ut quia uidetur puer quidam. tunc iudex imponet ei onus probandi & ita ex aſpectu datur onus probandi de etate. ar.ff. de mino.l.minor. Si autem ita ex aſpectu non apparet. cui poſſit imponere iudex onus probandi. quia forſan uidendo iſtum quibuſdam apparet maior & quibuſdam minor. tunc probabit ille qui affirmatiuam ꝓponet.ſi enim dicet minorem & aliquis aduerſarius negat probet ille qui dicit & ſi aduerſario dicetur eum minorem eſſe & ipſe negaret probaret ille aduerſarius.ut.ff. de proba.l.ei qui.



UVA. BHSC. IyR_072

dicit &.C.de probati.l.actor.&.C.de in
integ.reſtitu.l.ſi minorem.&.ff.de mino
ri.l.đ etate.Sed quid ſi uterq; negatiuam
proponeret.dicit enim aliquis qui uult
iudicio per ſe intereſſe ego nego me mio
rem aduerſarius dicit ego nego te eē ma
iorem.& ita uterq; negatiuam proponat
quis probabit tunc.Reſpōdet glo.Acur.
poſita.ff.de mino.l.de etate.hoc caſu pre
ſumam forte ꝙ ſit minor cum ſemel fue-
rit minor ar.C.de proba.l.ſiue alibi aūt
uidetur ipſe Acur.colligere ꝙ preſuma-
tur fuiſſe maior ī dubio eo tempore quo
cōtraxit per.l.C.d ī integ.reſti.ſi mino-
rem.uel uere intelligenti ipſe colligit ibi
unam preſumptionem tantum ſcilicet ꝙ
qui fuit minor probato hoc ab homine
preſumatur hodie eſſe infra tempora īfra
que reſtitutio poſtulari poteſt.Vnde ad-
uerſarius habet probare eum illa tempo
ra exceſſiſſe ſi uult eum reſtitutōne impe
dire.ut ibidem in ſua glo.notatur. Se-
cundum autem do.Vber.in caſu p̄miſſo.
ſ.quando contenditur de etate & propo-
nitur negatiua ab utraq; parte iudex im-
ponet onus probandi cui uoluerit exiſti
mando cui habeat tale onus imponer̄ ex
aſpectu illius đ cuius etate dubitatur ar.
ff.de minori.l.minor. Vltimo notatur
hic ꝙ quando quis uult eſſe tecum in iu-
dicio tanq̄ maior.& tu dubitas de eius
etate potes facere ꝙ iudex pronunciet eū
maiorem per ſententiam ſuam que āmo-
do faciet ſibi preiudicium ſi uellet dicere
ſe minorē.& in iſta cauſa & in aliis qui-
buſcunq; habebit.quia ſententia in hoc
caſu cum aliis tribus quos non dico bre
uitatis cauſa & facit ius.ut legitur & no-
tatur.ff.de mino.l.de etate. Alii autem
contra tenent ſcilicet ꝙ ſententia preiu-
dicet tantum ſibi in illa cauſa in qua pro
nunciatus eſt maior.in aliis autem non.
ut preallega.l.de etate nota.Regulariter
autem uerum eſt ꝙ ſententia in una cau-
ſa lata non nocet in aliis.nec etiam pro-
deſt. Item lata cum una perſona non
debet aliis perſonis prodeſſe uel noce-
re.ut hec probantur.C.qui.res iudi. nō
no.l.ii.&.C.res inter alios ac per totum

Quinto circa reſtitutionem eſt uidendū
de quibus rebuſ reſtituantur minores.&
certe littera ſatis declarat .& ideo nō ex-
pono aliter.Dicit enim de his que amiſit
minor petit reſtitutionem ideſt de re ſua
quam dedit.& de lucris omiſſis ideſt nō
delatam ſibi hereditatem.Item ſi pro al-
tero fideiuſſit.ut hec probātur.ff.de mi-
no.l.non omnia. &.l.ꝙ ſi minor.§. non
ſemper. Item extra litteram ſcias ꝙ re-
ſtituuntur minores ſi in arbitrum com-
promittant & apparet leſio ſua in hoc qa
expediebat eis potius ſub iudice litigare
q̄ ſub arbitro qa a iudice poterant appel
lar̄ ab arbitro autem non appellantur.
ut.C.de recept.l.ii. Item reſtituuntur
minores aduerſus ſententiam latam con
tra eos litigantes cum tutore uel curato-
re uel etiam ſi feratur contra tutorem
uel curatorem eorum & ubicunq; ualet
ipſo iure ſententia.ut.C.ſi aduer.rem in.
l.cum & minores.& per totum ti.Si au-
tem ſententia non ualuiſſet ipſo iure quia
ſine tuto.uel curato.ſtetiſſent in iudicio
tunc non reſtituuntur ſed ipſo iure di-
cunt ſententiam nullam.nam cum habe
ant uiam ordinariam non eſt recurren-
dum ad extraordinarium auxilium.ut.
ff.de minoribus .l.in cauſe.Et intelligas
ꝙ contra ſententiam reſtituuntur mino-
res ſi eſt lata in minori etate.nam ſi ferre
retur eis maioribus factis non reſtitue-
rentur.ut.C.ſi aduer.rem iudi.l.i. dum
tamen aduerſarius non ſit in dolo ad dif-
ferendum iudicium uſq; ad maiorem eta
tem.ut ibidem no.Sed uidetur minorem
non eſſe reſtituendum contra ſententiā
quia poteſt appellare ſi uult.ergo exquo
habet ordinariam uiam non debet ire
ad exordinariam.ut prealleg.l.in cauſe.
Reſpondet Ac.immo poteſt duabus ra-
tionibus.Prima eſt quia plus eſt ei ſub-
ueniri ad hoc ut quod factum eſt habea-
tur pro nullo.quod fit per reſtitutionez
in integrum q̄ ꝙ liceat eis appellare. Se-
cunda ratione reſtituantur quia poteſt
eſſe ꝙ tempus appellandi lapſum eſt ita
ꝙ appellare non poteſt.Et ſi opponatur
preſcriptio temporalis non currit mino

UVA. BHSC. IyR_072

ribus.ut.C.in quib.cau.in integ.reſtitu.
non eſt.ne.l.fi.ergo tempus appellandi
non potuit currere ei. Reſpondet Azo.
ꝙ temporalis preſcriptio iudicialis . ut
triennium datum ad litem finiendaꝫ cur
rit minoribus . & ſic tempus appellandi
curret eis etiam.Et eſt ſpeciale in eis pre
ſcriptionibus que in iudiciis uentilantur
ut minoribus currant.ut.C.de iudi.l.ꝓ
perandum.Alie autem ſunt preſcriptio/
nes temporales ſcilicet preſcriptio decē/
nii & uicennii.& tricennii ipſo iure mino
ribus non currunt . unde non eſt opus
ꝙ in eis reſtituantur.melius eſt enim in
tacta iura eorum ſeruare q̃ poſt cauſam
uulneratam remedium querere.ut.C.in
quib.cau.reſti.in inte.non eſt neceſ.l.fi.
Preſcriptio autem.xxx.anno.currit .
adulto.ſed non pupillo.beneficio tamen
reſtitutionis in integrum iuuatur adul/
tus in ea . ſm do.Azo . ut not.in ſumma
eiuſdem.C. ſi aduerſus uſucap.& preal.
l.fi.in qui.cau.in integ.reſti.non eſt ne/
ceſ. Item reſtituuntur minores ſi omit
tant allegationem uel exceptionem quā
habent.ut.ff.de min.l.minor . Item q̃
ro an minores reſtituantur in delictis .
Circa quod ſcias ꝙ minores tenentur đ
delictis que committunt.exquo ſunt do
li capaces ideſt maiores annis decem cū
dimidio . ut inſtit.de obliga.que ex deli/
ctis naſ.§.penul.alias ideſt ſi nō ſint do/
li capaces non tenentur. ut.ff.ad.l. cor.
de ſicca.l.infames.&.ff. de furtis in pri/
cipio.& đ penis.l.inpunitas. De adul
terio tamen non tenetur minor.xiiii.an.
ut.ff.de adulte.l.minor . Et ſi queras
an poſſint minores in delictis reſtitui.di
ſtinguendum eſt. quia aut commiſſerūt
delictum . quod peruenit ex animo uel
conſcientia . utputa furtum uel iniuri/
am & ſimilia.& tunc in talibus non me/
rentur ueniam.i.non reſtituuntur.ut.ff.
ſi aduer.delic.&.ff.de mino.l.ſi ex cā.§.
nunc uidendum.niſi quatenus miſeratio
etatis produxerit iudicem ad minorem
penam.ut.ff.đ mino.l.auxilium.§.in de
lictis excepto crimine adulterii in quo
etiam circa penam minorandam nō ſub
uenitur illis minoribus qui de adulterio
tenentur ut ibidem. Si autem commi/
ſerint delictum qđ ex animo non perue
nit ideſt non dolo delinquunt ſed culpa
tantum reſtituuntur. ut.C.ſi aduer.deli.
l.i.& hoc quādo agitur criminaliter cō/
tra minores pro delictis eorum ſi autem
pro delictis ciuiliter agatur contra eos
an reſtituantur breuitatis cauſa omitto .
Sexto uidendum eſt quomodo peta/
tur reſtitutio minorum.& eſt ſciendum
ꝙ do.M.dixit ꝙ iure actionis petebatur
reſtitutio per.l.ff.de mino.l. in cauſe.§.
interdum ſed do.Azo.dicit. ꝙ non iure
actionis petetur reſtitutio minorum ſed
iudicis officio per.l.ff.de mino.l.ꝙ ſi mi
nor.§.fi.& datur reſtitutio minori impe
tranda. Primo officio iudicis contra eū
cum quo contraxit non contra eum ad
quem res peruenit niſi ille ſciat rem ita
geſtam uel ꝙ ille cum quo contraxit mi
nor non ſit ſoluendo. uel niſi interſit mi
noris potius rem habere. in his enim ca
ſibus cognitione pretoria res aduocabi/
tur a poſſidente . & ſic reſtituo minore .
& ſic reſciſſa alienatione dabitur utilis i
rem actio.ut.ff.de minoribus.l.in cauſe
§.ultimo.&.l.plane . Et uocari debet
pars altera cōtra quam minor agit.alio/
quin ipſo iure non teneret . ut.ff.de mi/
nori.l.uerum.§.ſciendum &.l.in cauſe.
§.cauſe.&.l.etiam.§.ultimo. Nam ne
gociorum merita partium aſſertione pa/
duntur. ut.C.ſi per uim uel alio modo.
l.ultima.Si autem pars uocata infra tres
menſes non apparet minor nihilominus
reſtituetur . ut in autentica.de ſpon. ad
hoc . Hanc autem reſtitutionem poſtu
lat minor uel eius tutor uel curator uel
curator uel procurator qui ſpeciale ha/
beat mandatum ad hoc nam generale ñ
ſufficeret . uel ſi dubitetur đ ſpeciale mā
dato ſatis dabitur rem ratam dominum
habiturum . ut.ff.de minoribus.l.illud.
§.primo.&.l.ꝙ ſi de ſpeciali. Item no
ta ꝙ licet minor impetrauerit ſe reſtitui
nec poſtea uelit uti illo beneficio poteſt
ei iam impetrato renunciare . ꝙ fauore
ſuo fuerat indultum . ut.ff. de minori .



UVA. BHSC. IyR_072

l.iudex.Item nota.ꝙ ubicunq; reſtituit̃
minor eius aduerſarius etiam maior re/
ſtituetur in eodem tantum caſu non iñ
alio.& hoc ſi minor ſit locupletior.ut.ff.
de mino.l.quod ſi minor .§. reſtitutio &
.l.pater.§.i. Sed fallit in quinque caſi/
bus ꝛc.

Si licet ꝙ minores ſic decipiantur Ru
brica.

Ictum eſt ſupra ꝙ ſi minores
decipiantur in negociis ſuis iu/
uantur beneficio reſtitutionis.
Sed fallit in caſibus hic poſitis in quibus
& ſi decipiantur non iuuantur. Primus
eſt ſi minor .xxv.annis ſed tamen maior
xx.mutauit ſtatum uendendo ſe uel ali/
ter alienando ad precium uel lucruꝫ par
ticipandum interuenientibus his que de
iure interuenire debent que fuerunt re/
citata in rubrica de diuiſione perſona/
rum.nam tunc ſi ueniat iſte factus ſeruꝰ
& dicat minor eram.xxv.annis.deceptuſ
ſum quia factus ſum ſeruus peto reſtitui
ad priſtinum ſtatum an audiatur. dicit
lex ꝙ non.ff.de minor.l.ſi ex cauſa.§.
papinia.ait. Extra litteram ſcias ꝙ glo
ſatores querunt ſuper iſto caſu an patri
uel uxori iſtius qui paſſus eſt ſe alienari
detur uendicatio.& alleget pater in mea
poteſtate erat & non potuit exire ſine cõ
ſenſu meo nec ſub poteſtate dominica ſe
ponere &.uxor allegat pro ſe mecum
habebat matrimonium & ligatus eſt me/
cum intantum ꝙ etiam monaſterium
non poſſit ingredi ſine uoluntate mea.
unde peto reduci ad libertatem. ad hoc
domi.Alber.dixit ꝙ dabitur uendicatio
predictis perſonis.ff.de liber. cau.l.i.ii.
&.iii.glo.dicit cõtrarium per.l.ſi ex cau/
ſa.ꝙ papinia. Preterea dicit ipſe pater
priuaretur patria poteſtate filio facto
ſeruo pene propter delictum aliquod
uel ingreſſo monaſterium.idem ergo ſi
fiet ſeruus hominis.& ſic uendicatio non
detur ſecundum Azo. Secundus ca/
ſus eſt in quo denegatur reſtitutio mi/
nori ſi maiori rei uel ſumme preiudici/
um generetur.& circa iſta uerba domi.
Acur. ponit ita caſum uendidi cuidam
minori plures ſpecies in certo precio. &
ipſe minor dicit ſe deceptum in minima
quantitate precii uel minima ſpecie & in
ea tantum reſtitui petit. Ego econtra
poſſum petere.ut a toto contractu rece/
datur cum minori precio totaliter non
dediſſem uel unam rem ſine alia uendi/
diſſem non ne ergo maiori ſumme ideſt
maiori quantitati fiat preiudicium quan/
do petit reſtitui in minima parte precii.
uel ne fiat preiudicium maiori rei ideſt
ſpeciei maiori quando pro una ſpecie pe
tit reſtitui non reſtituetur.quia econtra
ego peterem diſcedere a toto contractu
quaſi dicat pro illo minimo damno non
reſtituitur quia melius eſt ꝙ patiatur il/
lud minimum damnum q̃ totus contra/
ctus infringatur.ut hoc no.ff.de in in/
teg.reſtitutio.in.l.ſcio. Tertius caſus
in quo non reſtituitur minor eſt quan/
do ipſe uſus eſt iure communi ideſt facit
quod quilibet diligens paterfami. facere
poteſt & dantur exempla in littera talia.
quidam minor adiuit hereditatem locu/
pletem ſibi delatam in qua erant reſ mul
te predia & alia.& ita fecit ꝙ quilibet ma
ior & diligens homo faceret poſtea na/
cte res ideſt acquiſite perierunt caſu uel
terremotu uel ruina uel alio caſu nunc
uult iſte minor reſtitui ad ſtatum priſti/
num ac ſi non apprehendiſſet heredita/
tem & dicitur ꝙ non reſtituetur.Item da
tur aliud exemplum.ut ſi minor emit ſer
uum neceſſarium ſibi pro ſuis negociis.
Idem & ſi emit utilem & in precio non
fuit deceptus imo fecit quod quilibet pa
terfami.feciſſet cui fuiſſet ſeruus neceſſa
rius uel utilis.& poſtea ſeruus mortuus
eſt & uult iſte minor reſtitui. certe non
põt nec hic nec in ſuperiori caſu.qa nõ
uidetur circũſcriptus ex quo fuit uſus iu
re communi.nam hoc potuiſſet eueniſſe
cuilibet diligenti & ſapienti homini non
enim euentus damni contingentis diui/
no iudicio ſed incõſulta facilitas prebet
reſtitutioné.ut.C.de in integ.reſti.l.ult.
ff.de mino.l.uerũ.§.item nõ reſtituũtur

UVA. BHSC. IyR_072

Quartus caſus eſt ubi non reſtituitur minor ſi ipſe commiſit dolum. Expono exemplum ſic. contrahebam cum quodam cum quo timebam contrahere dubitando forſitan ne ipſe eſſet minor. ipſe ex certa ſcientia fallaci mendacio dixit ſe maiorem ſciens ſe minorem poſtmodũ petit reſtitui contra me dicendo ꝙ erat minor quando contraxit non auditur. quia deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt. ut. C. ſi mi. ſe maio. dixe. l. ii. & concordat ad hoc. ff. ad uellei. l. ii. §. uerba. Poteſt etiam poni exemplum alio modo & ſic. minor quidam dum uellet contrahere mecum ſtuduit circumuenire me apparere maior ex aſpectu corporis faciendo ſibi abradi barbam ante tẽpus uel aliter machinando ut maior appareret uult poſtea petere reſtitutionem contra me dicendo ꝙ erat minor quando contraxit mecum certe nõ poteſt q̃a malicia ſupplet etatem. ut. C. ſi mino. ſe ma. dixe. l. ſi alterius. Et circa iſtam materiam. ſ. quando minor dicit ſe maiorem ſic diſtingue ſm do. Azo. quia aut dicit ſe maiorem aduerſarii ſuaſione aut ultro per ſe. Primo caſu ſibi non preiudicat ſi probet ſe minorem fuiſſe tunc quãdo dixit ſe maiorem & probet ſe deceptum eſſe. ut. C. ſi mi. ſe maio. dixe. l. prima. & etiam quantuncunq; iurauerit ſe maiorem eſſe. ex quo dolo aduerſarii fecit non nocet. Secũdo caſu ſcilice quãdo ſponte dicit ſe maiorem eſſe omnino repellitur ſi fecit animo decipiendi. ſed ſi non fecit animo decipiendi. ſed bona fide dixit ſe maiorem quia credebat. tunc bene iuuat̃ niſi iurauerit iſto caſu ſe maiorem. nam tunc ſi iurauit corporaliter ſe maiorem & uelit contradicere poſtea ſe minorem non auditur ullo modo quia ſacramentum tale non poteſt uenire cõtra. Si autem uerbotenus tantum iurauit ſe maiorem tunc non auditur etiã. niſi uellet probare per inſtrumẽta facta de natiuitate ſua. quod erat minorũ quãdo iurauit uerbotenus ſe eſſe maiorem.

Sed ſi per teſtes uellet hoc probare ñ auditur. & ſic iſto caſu eſt. ſpetiale ut plus ualeat probatio inſtrumentoꝝ quã teſtium. & eſt ratio quia difficile eſt teneri memoriam annorum. Regulariter autem in aliis caſibus parem uim optinet probatio teſtium & inſtrumentorum. ut. C. de fide inſtru. l. in exercendis. Si autem non appareat an dixerit ſe maiorem animo decipiendi. uel non preſumitur contra eum qui tunc ſe maiorẽ dixerit. per. l. ii. C. ſi mi. maio. ſe dixerit. & probatur predicta diſtinctio. C. ſi mi. ma. ſe dixerit. l. iii.

Si minor iurat in contractu rubrica.

Nteq̃ ad materiam principalem huius. §. deſcendam. eſt ſciendum ꝙ iſte caſus quintus nobis tabellionibus eſt utilior omnibus aliis. quia eius materia nobis quottidie de facto contingit. Primo igitur circa materiam uidẽdum eſt ſi minor iurat in cõtractu & uelit poſtea reſcindere contractum an poſſit. & hoc ſic diſtingue.

Quia aut iurat ſe non uenturum contra contractum. Aut iurat ſe maiorem tempore contractus. Si iurat ſe non uenturum contra contractum. aut corporaliter. aut uerbotenus. Si corporaliter iurat non uenire contra contractũ non poteſt poſtea contrauenire. ut. C. ſi aduer. uen. l. i. & in auten. ſuper ea lege ſignata. que autem. incipit. Sacramẽta puberum ſponte facta. Si uero iurauit uerbotenus non uenire contra non preiudicat iuramentum quod patet ſic. quia lex preallegata. C. ſi aduer. uendi. l. i. loquitur de iuramento corporaliter preſtito non autem de iuramento uerbotenus facto. Aut ergo ſacramenta puberũ ſuper illa. l. i. aſſignata. C. ſi aduer. uendi. ſuper eodem ſacramento corporali debent intelligi. nam poſteriores leges per priores terminantur & ad illas trahuntur niſi ſint contrarie. ut. ff. de legib. & ſena. conſul. l. ſed & poſteriores nec obſtat. C. ſi mi. ſe ma. dix. l. ſi alteriꝰ

UVA. BHSC. IyR_072

ubi dicitur ꝙ iuramentum uerbotenus
factum preiudicat quia ibi loquitur quā
do dicebat ſe maiorem & iurauit etiam
illud ſed in caſu noſtro bene dixit ſe mi-
norem ſed iurat ſe non uenire contra ꝙ
iuramentum non preiudicat ſi uerbis tā
tum factum eſt & non corporaliter ut
modo dixi. Si autem iuret ſe maiorem
quis tempore contractus. Diſtinguo aut
iurauit corporaliter ſe maiorem. aut uer
botenus. ſi corporaliter nullo modo poſ
ſit uenire contra quantuncunq; uelit ꝓ-
bar̄ ſe minorem. ut. C. ſi mi. ma. ſe dix. l.
ſi alterius. uerſi. huiuſmodi. auten. ſacra-
mento corporaliter preſtito. in fin. tit. Si
autem uerbotenus iurauit quis ſe maio-
rem nec tunc audi ſi minorem uelit ſe
probare niſi probet per inſtrumenta fa-
cta de die natiuitatis ſue quod erat mi-
nor quando iurauit ſe maiorē. ſed ſi per
teſtes uellet probare non auditur. ut pre
allega. l. ſi alterius. §. ſi tamen. & hec ue-
ra ſunt ſi non iurat dolo aduerſarii ſed
ſua ſponte nam tunc ſi dolo aduerſarii
iuret ſe maiorem & probet ſe deceptum
& minorem ueniret contra etiam quali-
tercunq; iurauerit ut no. C. ſi mi. ma. ſe
dix. l. ſi alterius. in glo. domini. Acur. ibi
poſita que icipit plus ergo credatur ſcri-
pture q̄ teſtibus. ibi diſtingue ſecundū
Azo. Viſo ergo ſi minor iuret an poſ-
ſit uenire contra. uidendum eſt ſecundo
quod dicatur ſacramentum corporale &
quod etiam uerbotenus. & eſt ſciendum
ꝙ corporale eſt quod p̄ſtatur tacto cor-
pore aliquo utputa libro. uerbotenus
quod uerbis tantum preſtatur nō tacto
aliquo corpore. & maioris efficacie eſt
unum q̄ aliud ut ſupra audiuiſti. Ter-
tio querendum eſt circa materiam no-
ſtram. quibus minoribus noceat iura-
mentum corporaliter preſtitutum de nō
ueniendo contra. Et certe uoluerunt qui
dam dicere ꝙ ſi ille qui iurauit eſt infans
uel proximus infantie non nocet ſibi ſa-
cramentum. quia quicquid eius etas ui-
dedeat ignorat. & ideo ſciens faller̄ nō ui
tur. ut notatur. C. de fal. mo. l. i. & ff. de
iureiuran. l. qui iuraſſe. Sed ſi eſt proxi-
mus pubertati tunc ei noceat iuramentū
nam de omni delicto tenetur preterquā
de adulterio. ut. ff. ad. l. iul. de adulte. l. ſi
minor. Sed uerius eſt dicere ut puberi-
bus tantum noceat iuramentum. quod
colligitur per autenti. ſacramenta. Dicit
enim ſacramenta puberum. exquo patet
ꝙ imperator puberibus tantum conceſ-
ſit. ergo impuberibus uetaſſe uidetur. ut
argu. ff. de iudic. l. cum pretor. impubes
enim non iurant ut teneantur. ut. ff. de
iureiuran. l. qui iuraſſe. Item quarto
ſcias ꝙ iuramentum preſtitum in contra
ctu ab adulto inter alia operatur iſta qa
repreſentat eum maiorem. xxv. annis. &
facit ualere contractum qui alias de iu-
re non ualebat. ut quia deficeret decre-
tum iudicis uel alia ſolennitas. ut auten.
ſacramenta. quod tamen infra pleni⁹ di-
cam. Item priuat minorem reſtitutio-
nē in modico dampno. Sed quero an ſi
deceptus eſt minor in enormi damno
poſſit reſtitui non obſtante iuramento
ſuo. Reſpondeo taliter poteſt eſſe conce-
pta forma iuramenti ꝙ priuatur in mo-
dico dampno tantum. Et taliter poteſt
concipi ꝙ priuatur modico & enormi.
Si enim iurat minor non uenire contra
contractuum ad ſancta dei euangelia ra
tione minoris etatis iſto caſu de modico
tantum priuatur de enormi autem ne-
quaquam. Nam iſtud iuramentum factū
de non ueniendo contra rationem mi-
noris etatis repreſentat eum loco maio-
ris etatis. & certum eſt ꝙ quilibet maior
reſtituitur de enormi damno. Sic & iſte
minor repreſentatus maior propter iu-
ramentum priuatum in modico damno
in enormi autem non. Sed ſi in forma iu
ramenti addatur iſtud quod eſt in for-
mis poſitis in ſumma noſtra ſcilicet tu
iuras non uenire contra ratione mino-
ris etatis. uel ratione minoris precii.
uel qualibet alia ratione uel cauſa. ſed
predicta firma & rata habere tenere ꝛc.
Iſta uerba ratione minoris precii pri-
uabunt eum reſtitutione in enormi dam
no. argu. ff. de legatis primo. ſi quando.
Et illa uerba ratione minoris etatis que

UVA. BHSC. IyR_072

ponũtur etiam in forma priuabunt eũ
in modico damno.ut prealleg.auten.ſa-
craměta puberum poſita.ut.C.ſi aduer.
uen.Et quia eſt hic quedam auten.cuius
uerba indigent expoſitione.& ideo ſum-
matim & breuiter exponam.

Sacramenta puberum.

Vberes enim iurant.impuberes
autem non iurãt ut dictum eſt.
ſupra.& eandem auten.i fine di-
cetur.ſponte facta ꝛc.ſponte ideo dicit.
quia ſi per uim uel metũ eſſet iuramentũ
extortum nullum eſſet nulliuſq; momẽ-
ti.ut in eadem auten. in fine dicetur ſuꝑ
contractibus. Ex hoc uoluerunt dice
re quidam ꝙ hec autentica locum habet
in his contractibus ubi oritur obligatio
ex utraq; parte.Nam hic dicit contractꝰ
& contractus proprie eſt quando ultro
citroq; oritur obligatio.ut.ff.de uerb.ſi-
gni.l.labeo. Et ſic in donatione & mu
tuo & in aliis ubi non naſcitur obligatio
niſi ex una ꝑte tantũ dicebant non habe
re locum auten.iſtam.quod non eſt ue-
rum. Nam in illis ubi hincinde naſcitur
obligatio & in aliis omnibus locum ha-
bet.nam licet tantum proprie dicat̃ con
tractus quãdo ex unaquaq; parte tantũ
naſcitur obligatio.tamen ubi ex una ꝑte
tantum naſcitur obligatio cõtractus di-
citur.licet in proprie.ut.C.de fide iſtru.
l.cõtractus.&.C.ꝙ metus cau.l.ſi dona
tionis.Sed quero quero quid in iudiciis.
ut ecce litigabam cum quodam pubere
& ipſe iurauit non uenire contra contra
ctum uel in his que ibi fient.Reſpondet
glo.ordinaria Acur.& Azo.ꝙ non po-
terit uenire contra. nam licet dicat tex-
tus ſacr̃a ſponte facta ſuꝑ contractibus.
Idem ſi fiant in iudiciis quia in iudiciis q̃
ſi contrahitur. ut ar.ff. de pac.l.licet.§.
idem ſcribit.&.C.de tẽpo.ap.l.fi. Sed
quid ſi adultus iurauit nõ uenire contra
ſententiam & poſtea uult appellare.re-
ſpondent quidam ꝙ ñ poterit.qa ſi ma-
ior ꝓmitteret non appellare poſtea non
poſſit.ut.ff.a qui.appe.licet uel nõ.l.i.§

Sed iſte ex iuramento habetur pro maio
re.ergo non appellabit. ſed hanc appro
bat do.Ia.bart.& alii contra.quia ſic iu-
rando perdit illud quod habebat ex pri-
uilegio minoris etatis.ſed appellare cõ-
petebat ſibi de iure cõmuni.ergo illud ñ
perdit niſi expreſſim ſuper hoc etiam iu
raſſet quia tunc ſeruare tenetur per pre
allega.auten.ſacramenta.quidam tamen
dicunt quod in iudiciis non habet locũ
autem.quia iudicium redditur in inuitũ
ut.ff.de uerbo.oblig.l.inter ſti.in prin.
& cogitur quis uenire ad iudicium cap-
tis pignoribus & mulcta indicta. ut.ff.ſi
quis ius dicen.non obtempera.l.i.Si er-
go iudicium redditur in inuitum dicunt
ipſi ꝙ aut.non habet locum in iudiciis.
quia in auten.dicitur ſacramenta pube-
rum ſponte facta ſuper contractibus.Iu
dicia non fiunt ſponte imo redduntur in
inuitum.& ita ſecundum eos habet lo-
cum in contractibus ſponte factis. non
autem in iudiciis ar. dictarum legum.

Item quero ſi pubes compromittat in
arbitrum & iuret. an poſſit uenire cõtra
& certe ſ̃m omnes dicendum eſt ꝙ non
poteſt contra uenire. nam licet arbitria
ſint redacta ad inſtar iudiciorũ.& ideo
deberet idem dici quod in iudiciis ſecun
dum illos qui dicunt ꝙ in iudicis. nõ ha
bet locum auten.tamen poteſt reſponde
ri ꝙ etiam compromiſſum fit ex uolun-
tate.ut.ff.de arbi.l.iii.§.tamen. Et ſic ſe-
cundum omnes non ueniret contra ſi iu
raret in compromiſſo. & habeas in me-
moria ut minorem compromittẽtem fa-
cias iurare non uenire contra compro-
miſſum. nec etiam contra arbttrum ſeu
laudum ferendum.itaq; nec contra com
promiſſum uenio nec ꝯtra arbitrum ſeu
laudũ ꝙ poſtea feret̃ ꝓpter rõẽs.ſ̃.dcãs
Sed cõtra.eo.de ar.aut. decreuit.ſed ibi
loquitur đ arbitro nõ eligẽdo eum iura-
mento preſtito de iuramento nõ uenien
do contra ex occaſione minoris etatis ex
quo minor loco maioris.xxv. annis ha-
bet̃ ut cõpromiſſum ab eo factũ eo mõ
teneat quo teneret ſi fieret a maior̃.& ut
reſtitutiõe que ex beneficio minoris eta

UVA. BHSC. IyR_072

tis datur priuetur qđ quideꝫ fieri poteſt & ualet per auten.ſacramenta.ſecus erit ſm Io.& in maiore & minore.ſi arbiter eligatur & ſimpliciter ſine pena tamen iuramento ſententie eius ſtari promitta/tur. ut dicitur.in inſtrumento in capitulo.vi. Item quero ſi minor generaliter iuret coram aliquibus ꝙ non ueniet contra aliquem contractum qui ſit factus uel facturus an ualeat. Reſpondent glo. ꝙ nō.quia res inter alios acta.& .ff. de pactis .l.ſi unus.§.pacta in fine.§.& .C. ad uelle.l.iubemus.&.C.res inter alios acta.per totum. Item alia ratione quia generalis renunciatio non ualet. ut.ff.ſi quis caut.ſed & ſi.§.queritur. Item qđ ſi filiuſfami.minor accipiens pecuniam mutuo renunciet macedoniaño & iurauit.Reſpondent quidam ꝙ non perdit macedonianum quia nec maior potuiſſet renunciare cum non ſit fauore eius itroductum ſed odio creditoris.ſic enim daret materiam peccandi quod eſſet contra publicam utilitatem.ut.ff. ad mace. l.i.in principio.& hoc probari uidetur in uſibus feudorum ſuper autenti.ſacramenta.nec tamen ex hoc dicitur.ꝙ mīor non poſſit in contractu mutui & ꝙ non priuetur in ea reſtitutione.ut ſupra notatum fuit.

Rerum ſuarum ꝛc .rubrica.

Vuper iſto uerbo poteſt queri de hoc.minor quidam fideiuſſit pro aliquo & iurauit in contractu ꝙ nō ueniret contra an poterit uenire.uel ponamus.quidam uendidit predium quoddam uxoris eius minor conſentit uenditioni & renunciauit iuri ſuo ipothecarum & iurat in iſta renunciatione non uenire contra queritur an poſſit cōtra uenire.& uidetur ꝙ iſta autenti.non obſtet ei ſcilicet minori fideiubēti uel iure ipothecarum renunciante quia legitur hic in auten.de minoribus iurantibꝰ ſuper contractibus rerum ſuarum iſte autem perſone non contrahunt ſuper ſuis ſed ſuper alienis.nam qui fideiubet ꝓ alio ſe obligat & uxor quando renunciat iuri ipotheca non alienat de ſuis boniſ ſed conſentit alienationi facto per alium Sed dicendum eſt ꝙ iſtis caſibus iuramētum preiudicat eis.nam minor fideiubēdo obligat ſeipſum.dicit.n.ſi principalis non ſoluat ego ſoluam & uxor quando conſentit uenditōne facte a marito remittit & renunciat iuri ipothecariaruꝫ.& dicitur quodammodo contrahere ſuper re ſua.i.iuri ſuo qđ habet ī re illa.unde qđ dicitur in auten.ſacramenta facta ſuper contractibus rerum ſuarum expone.i.ſuper promiſſionibus a ſe factis uel ſuper his ſuper quibus habet ius.ut.ff.de uer. ob.l.pupi.in fi.& ſic interpretatur etiam conſuetudo & minime ſunt mutāda que certam impetrationem habuerunt.ut.ff. de legi.&.ſe.con.l.minime.

Cuſtodiri precipimus ꝛc.

T quo ad exceptionem dandam utputa ſi minor uendidit rē ſuā & tradidit & iurauit non uenire contra ſi petat repellitur ab exceptione. Item debet cuſtodiri quantū ad actionē etiam dandam.ut detur actio emptori. nam ſi emptor emit rem a minore & iurauit minor non uenire contra.ſi quidē non tradet rem emptor aget actione ex eo contractu contra minorem.ut tradat quaſi ſic cum ſacramento non ſit inhibita alienatio.ut.ff.famil.herciſ.inter coheredes.§.i.ff.de le.iii.cum quis.§.natura. Si aūt minor uendidit rem & emptor cadat a poſſeſſione & ꝑueniat ad minorem agit emptor contra minorem rei uendicatione.quia dominiū fuit tranſlatū ſm do.Azo.ut autem actio ex eo contractu agit ammodo ſemel re tradita.quia ſublata eſt per traditionem actio ex eo contractu.ut.ar.ff.đ actio.ēptio.& uenditi. l.ſi quis ali.de contrahen.emptio.& uē. l.ſi cum fundum.§.ſi quis. Extra litteram circa iſtam auten.poteſt queri de qbuſdam utilibꝰ q̄ſtionibus. Et primo querit̄ ſi minor nō iurat ſed alius pro eo in anima ſua eo mandante.an ualeat hoc

UVA. BHSC. IyR_072

iuramentum & an minor poſſit uenire
contra . Et certe terminant doctores ꝙ
ſufficiat hoc & minor non poſſit contra
uenire iſta ratione quia qui per alium fa
cit per ſeipſum facere uidetur . ut.ff. de
admini.tut.l.ita autem.§. geſſiſſe. & de/
bent concipi uerba iuramenti in perſo/
nam illius pro quo iurat. Vnde debet ſic
iurare ille qui iurat pro minore. Iuro ꝙ
talis minor ſeruabit talem contractum
& non ueniet contra ſi deus ipſum adiu
uet. & iuro ad ſancta dei euangelia cor/
poraliter in animam & ſuper animam ſu
am ſi tutor uel curator contrahant uer/
ba ſunt formanda in perſona eorum &
nomine pupilli uel adulti. ut.C. quando
ex facto tut. uel cura.l.i.& per totum.

Item queritur ſecundo. minor uendi/
dit ſine decreto iudicis & iurat in contra
ctu non uenire contra. queritur an ope/
retur hic iuramentum. Et uidetur ꝙ nō
quia uenditio eſt facta contra legem . &
id quod fit contra legem non debet uale
re nec etiam iuramentum ibi preſtitum.
ut.C.de leg.& conſti.l.non dubium.
Sed dicendum eſt in hoc caſu ꝙ minor
non poteſt contra uenire exquo iurauit
per auten. iſta ſacramenta que maxime i
contractibus qui ipſo iure non tenent o
peratur.ſ.ut faciat eos ualere. quia debet
aliquid ultra alias leges que loquebant̄
de iuramento operari. ar.ff. deleg.i.l. ſi
quando. & ad municip.l.i. Item que/
ritur etiam de hoc adultus habens cura
torem uendidit ſine auctoritate curato/
ris. & iurauit non uenire contra an uale
bit contractus & certe quidaꝫ uoluerūt
dicere quod non quidam allegātes. adul
tus eſt ſimilis pupillo. pupillus non ob
ligatur ſine tutore. ſic nec iſte ſine cura
tore . Preterea iſte contractus eſt cele/
bratus contra legem poſitam.C.de in i/
teg.reſtit.ſi curatorem. igitur nec ſacra/
mentum debet ualere. quia ubi non ua
let contractus eo quod contra legem eſt
factus nec iuramentum interpoſitum ua
lebit. ut prealleg.l. non dubium.C. de
legi.& cōſtit. Et reſpondetur ad id quod
poſſet obici. ſicut ſacramentum mino/
rem repreſentat eum maiorem. ergo ſi/
cut maior pōt ſine curatore facere quod
uult ipſi intelligunt ꝙ iuramentum re/
preſentat eum maiorem qui non habet
curatorem. Item auten. ſacramenta in/
telligunt quando non habet curatorem
uel ſi habet contrahit cum eius auctori/
tate. & ſic ſecundum eos non ualent con
tractus. exquo curatorem habet & facit
ſine eius auctoritate. Sed non obſtantibꝰ
his dicendum eſt ꝙ ualent contractus i
iſto caſu. Primo quia iuramentum rep̄
ſentat eum maiorem. & maior non po/
teſt habere curat. niſi eſſet furioſus. unde
tanq̄ maior poteſt per ſe obligare & face
re qđ uult. Item ſi poſſet contra ſacra/
mentum uenir̄ iam primo ipſe princeps
haberet auctorem periurii quod eſſe nō
debet. ut.C. ſi aduer. uen.l.i. Item autē/
ſacramēta. hoc aperte dicit ꝙ dicit ſacra/
menta puberum ſeruari qđ intelligen/
dum eſt maxime in illis contractibus q
de iure non ualēt ad hoc ut aliquid ope
tur & addatur. ar.ff. de legi.l.ſi quando.
Et ad id quod dicebatur.ſ. per alios do/
ctores uenditio facta fuit contra legem.
unde non debet ualere nec ſacramentū
etiam ibi preſtitum. Reſponderi poteſt
ꝙ hodie minorem uendere ſine curato/
re uel ſine decreto iuramento interpoſi/
to non eſt contra legem per autē. ſacra/
menta. que hoc permittit & ideo contra
ctus ſeruatur propter iuramentum ibi p̄
ſtitum. quia non eſt cōtra legem ut mō
dixi. Item ultimo quero de hoc. dn̄a
quedam minor uendidit predium uel cō
ſentit marito uendenti & deinde cum em
ptor uellet ꝙ ipſa iuraret. domina dixit
contenta ſum. ſed peto gratiam ꝙ nō fa/
cias me iurare nunc quia grauida ſum.
uel quia nunq̄ iuraui. dicit emptor gra/
tiam uobis facio & placet mihi ꝙ non iu
retis. poſtea dn̄a uult reſtitui contra talē
contractū. queritur an poſſit. & uidetur
ex quo erat parata iurare & fuit ei remiſ
ſuꝫ iuramentū quod perinde ſit ac ſi fuit
iuraſſet ut āmodo nō poſſit uenire con/
tra. ut.ff. đ iureiurā.l. remittit̄. ſed docto
res uidentur terminare per cōtrariū. qa

UVA. BHSC. IyR_072

ad hoc ut non poſſet minor contra ueni re requiritur factum ſcilicet ꝙ iurauit p hoc quod in auten. dicitur. dicit enim ſa cramenta ſponte facta non autem dicit facienda. & etiam. C. ſi aduer. uendi. l. i. dicitur de iuramento corporaliter preſti to ubi factum requiritur ſola uoluntas non ſufficit. ut. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. i. §. adipiſcitur. nec obſtat contra lex p̃allega. remittitur. quia de alio iuramento loquitur ibi uidelicet ſi petebam a te. C. tu negas & detuli tibi ſacramentum coram iudice. tu uolebas iurare. ego nolo ꝙ iures quia tibi remitto certe perinde ac ſi iuratum eſſet. ſic &. C. de iure ue te. e. l. i. Sed in noſtro caſu loquitur in iuramento quod eſt contra ius commune. unde ſi remittatur non excluditur a iure communi.

Filiuſſa. qui ſubiectus ꝛc. rubrica.

Ictum eſt ſupra de quattuor perſonis que ratione minoris & inconſulte etatis prohibentur contrahere nunc reſtat uidere de duabus q̃ ratione poteſtatis impediuntur ut de fi liofa. & ſeruo. Et primo de filiofamil. Circa iſtum. §. domini uidendum eſt. quis dicatur filiuſſa. Secundo an poſſit talis filiuſſa. ſe obligare. Filiuſſa. eſt ille qui eſt in poteſtate patris aui uel proaui qui nondum exiuit de poteſtate nec emãcipatione nec alio modo & hoc denotat uerbum fa. & de tali loquitur. §. noſter. De filio autem qui eſſet emãcipatus a patre non loquitur littera iſta. ſed tu ſcias ꝙ filius eſt emancipatus & extra poteſtatem patris poſitus. & tunc de mutuo & omni contractu cum extraneo efficaciter obligatur niſi habeat aliud iuris impedimentum. ut. ff. ad mace. l. i. Item etiam emancipatus cum patre ſuo naturaliter & ciuiliter obligatur in mutuo & in omnibus aliis. quia cum p emancipatioñe ſublata eſt patria poteſtas per quã ciuilis obligati impediebatur inter eos. ut inſti. de inuti. ſtipu. §. inter inutiles. & ff. de condi. inde. l. frater a fratre. Reſtat ut ãmodo in mutuo & in aliis contractibus ad inuiceȝ naturaliter & ciuiliter obligentur. Item & in iudicio cum patre ſuo poterit iſte emancipatus litigare dũ tamen ãteq̃ uocet patrem in iudicium uadat iſte filius ad iudicem & petat ueniã. i. licentiam de hoc. ut. C. de ius uocan. l. ſi. Cum ergo de emancipato hic nõ loquatur ſed de filiofa. & uiſo quis dicatur filiuſſa. Sequitur uidere ſecundo an filius qui eſt in poteſtate patris poſſit contrahere. Et certe ſuper hoc diſtinguẽdũ eſt quia aut uult contrahere cum patre qui habet eum i poteſtate. aut cum extraneo. Si cum patre uelit contrahere nõ poteſt. Et habes hic regulam de hoc que talis eſt. Filius cum patre non obligatur ciuiliter. que regula probatur inſtitu. de inuti. ſtipu. §. item inutilis. &. ff. de condi. inde. in ti. l. frater a fratre. Vnde ſiue filius patri promittat ſiue pater filio non obligatur ciuiliter. ut preallega. §. item inuti. Naturalis tamen obligatio inter patrem & filium bene contrahitur. ut. ff. de condi. inde. l. frater a fratre licet ſit inefficax ad agendum. exquo non eſt adiuncta ciuilis. ut infra de hoc plene dicaȝ. Et quare filius cum patre ciuiliter non obligetur redditur ratio in littera. quia perſona patris & filii eadem eſſe intelligitur iuris interpretatione. ut. C. de impu. & al. ſubſti. l. fi. & uox patris & uox filii eſſe intelligitur. nam qđ unus dicit alter uidetur dicere. ut inſti. de inuti. ſtip. §. ei uero. ſicut eadem perſona cum ſeipſa contrahere non poſſet ſic nec filius cum patre obligatur ciuiliter. A regula aũt ſupra poſita. ſ. quando filius cum patre nõ obligatur ciuiliter excipitur ſi habeat caſtrenſe uel quaſi caſtrenſe peculiũ. Et ad hoc intelligendum ſcire debes ꝙ homines q ſunt ſui iuris dicuntur habere patrimonium. unde quod acquirunt uel aliquo modo habent exquo ſunt ſui iuris totum dicitur patrimonium. Si autem homines ſint & aliena poteſtate. ut ſunt filiifamilias & ſerui. tunc quod habent uel acquirunt dicitur peculium. quia exquo ſunt iuris alieni non habent patrimoniuȝ ſed

UVA. BHSC. IyR_072

peculium.ut hoc probatur.C.de inoffi.teſ.l.fi. Et quidem peculium quod habent filiifami.poteſt eſſe quadruplex. & de quolibet in ſequenti rubrica plenius dicam.licet aliqua hic dicere oporteat. Eſt enim quoddam peculium quod dicitur caſtrẽſe illud.ſ.quod filiifamilias milites militando in caſtris acquirant. Vnde quicquid acquirunt ex ſtipendiis ſibi datis in caſtris uel etiam ꝙ occaſione caſtrorum acquirunt. quia donatũ eſt eis aliquid dum uadunt ad caſtra totum dicitur caſtrenſe peculium.ut.ff.đ caſtrẽ.pecu.l.caſtrenſe. &.l.ſi forte. Et in iſto tali peculio poteſt filius cum patre contrahere & cum quacunq; alia perſona & obligatur ciuiliter & naturaliter.qa paterfa.in eo habetur.ut.ff.ad macedo.l.i. & teſtamentum in tali peculio facere poteſt.Et in iudicio in tali peculio cum patre litigare.ut.ff.de iudic.l.lis. nulla.&.C.de inoffi.teſta.l.fi. Eſt & aliud peculium quod poſſunt habere filiifamili. quod dicitur quaſi caſtrenſe. & eſt quaſi caſtrenſe quod acquirunt filiifam.aſſeſſores. Item ꝙ clerici filiifa.acquirunt đ prebendis ſuis. Item ꝙ acquirunt filii fam.magiſtri liberalium artium. Itẽ ꝙ acquirunt filiifami. medici ex ipſorũ officiis.quod uerum eſt indubitanter ſi ſalarium percipiunt a publico. Sed quid ſi illud quod qui minutatim percipiunt ab iſto & ab illo ſit quaſi caſtrenſe peculium.dicam infra in ſequenti rubrica in.§.item prohibita eſt alienatio filio fa.& probantur predicta.ſ. ꝙ tales filii.ut.ſ.dixi acquirunt quaſi caſtrenſe peculium.ut.C.de inoffi.teſta.l.fi.&.C.de epiſ.& cle.l.ſacroſancte.&.C.đ aduoca.iudiciorum.l.fori.&.C.de aſſeſ.l.uelut. Et in iſto quaſi caſtrenſi peculio poſſũt filiifami.teſtari & contrahere cum patre & cum quacunq; perſona alia. & in iudicio cum patre litigare.ut.ff.de iudic.l.lis nulla.quia ut patreſfamilias in tali peculio cenſentur.ut predictis.l.no. Eſt & quoddam aliud peculium quod dicitur aduenticium. Et eſt aduenticium quod acquirunt filiifami. ex ſucceſſione matris uel alicuius attinẽtis per lineam maternam uel ex ſua perſona uel ex proſpera fortuna uel induſtria uel ꝙ ſuis laboribus acquirunt & iſto aduenticio pater habet uſumfructum & filius proprietatem.ut probatur.C.de bo.que liber.l.cum oportet. Eſt etiam aliud peculium quod dicitur profecticium.Et eſt profecticium quod acquirunt fi.fam.de ſubſtantia patris. uel illud quod contemplatione patris ad eos peruenit. & iſtud peculium totum ad patrem pertinet i ꝓprietate & in uſufructu. ut preallega.l.cum oportet in prin. & in iſtis duobus peculiis.ſ. aduenticio & profecticio intelligatur regula ſupra poſita.ſ.ciuiliter filiuſfami.cum patre non obligatur. ut inſti.de inuti.ſti.§. itẽ inutilis.& de iſtis peculiis melius deo dante & plenius dicam infra in rubrica de contractibus in utilibus ratione rerum. Viſo an filiuſfami.cum patre poſſit contrahere. Sequitur etiam an cum extraneo poſſit ſe obligare ideſt an cum eo qui non habꝫ eum in poteſtate poſſit contrahere. Et certe ſciendum eſt ꝙ ponitur regula talis ſuper hoc. Filiuſfami.omnes contractus cum extraneo facere poteſt & obligare ſe ciuiliter & naturaliter & cum effectu etiam ſine conſenſu patris.nam cõſenſus patris non eſt neceſſarius. ut hec regula probatur inſti.de inuti.ſti.§.item inutilis. filii tamen periculo.&.ff.de iudic.l.tam ex contractibꝰ. &.ff. de acti.& obli.l.filius.& poteſt conueniri inſolidum durante patria poteſtate & etiam poſtea eo facto ſui iuris inſolidum conuenitur de contractibus quos fecit cum erat in poteſtate patris niſi in ſex caſibus in quibus conuenitur inquantum facere poteſt quando factus eſt ſui iuris & ñ inſolidum. Primus eſt ſi fuit exheredatus a patre.quia iſto caſu factus eſt ſui iuris morte patris.& quia exheredatus fuit non conuenitur niſi inquantum facere poteſt. Secundus eſt patre mortuo ſi abſtinuit ſe ab hereditate patris. Tertius eſt ſi pater dum uiuit emancipauit filium & ſtatim poſt emancipationem



UVA. BHSC. IyR_072

conuenitur a creditoribus iſte filius .nā
inquantum facere poteſt conuenitur &
non inſolidum. Quartus caſus eſt ſi fili-
us ſit factus ſui iuris alio modo per emā
cipationem utputa per dignitatem ut qa
factus eſt epiſcopus uel patritius uel cō-
ſul. ut inſti. qui. mo. pa. po. finitur. Eſt
& quintus caſus puta ſi filius datus ī ado
ptione & pater naturalis deceſſerit quia
cum iſte filius poſſit uocari ad ſucceſſio
nem patris naturalis. queritur an conue
niatur inſolidum. & reſponde ꝙ inquan-
tum facere poteſt & non inſolidum poſi
to ꝙ ei ſuccedat in modica parte. Sex-
tus caſus eſt ſi inſtitutus fuit in minima
parte a patre. quia iſto caſu conuenitur
inquantum facere poteſt. Sed quero q̄
dicetur minima pars. Reſpōdeo hoc exa-
minabitur arbitrio iudicis. ar. ff. de iure
delibe. l. i. §. ulti. uel dic minimā ideſt ſuā
legittimam. ut. C. de inofficio. teſtamen.
l. ſi quis in ſuo. In iſtis ergo caſibus in
quantum facere poteſt conuenitur filiuſ
famil. factus ſui iuris habita ratione ne
egeat. ut. ff. de regu. iur. l. in cōdemnatio
ne. & probantur iſti caſus. ff. quod cum
eo. l. ii. in fin. & hoc uerum eſſe ſcias de
contractibus quos fecit dum eſſet in po-
teſtate patris. Secus ſi poſtq̄ eſt factus ſui
iuris contrahat cum aliquo. quia tunc de
illo contractu inſolidum tenetur. ut. ff.
qd' cum eo. l. iii. in fi. Et quod dictum eſt
ſupra ꝙ filiifami. obligantur naturaliter
& ciuiliter intelligas ſi ſunt puberes. alio
quin ſi eſſent impuberes tunc non obli-
garentur etiam cum conſenſu patris. ut
inſtitutio. de inutili ſtipulatio. §. pupil-
lus in fin. Nam licet impuberes qui non
ſunt in poteſtate patris obligentur cum
auctoritate tutorum ſuorum. ut inſtitu.
de inutilis ſtipulatione. §. pupillus. filii
tamen impuberes qui ſunt in poteſtate
patris non obligantur etiam cū eius au-
ctoritate. Et que ſit ratio breuitatis cauſa
dicere omitto. Sed dic ꝙ hec eſt ratio
quia pu. contrahens cum auctoritate tu-
toris habet tutor obligatuȝ pro mala ad
miniſtratione. & etiam ſi male auctora-
tur. ſed non ſic in filiofami. qui contrahit
cum conſenſu patris. qui non habet pa-
trem obligatum ſi pater male auctora-
tur. ut. C. de bo. que liber. l. cum oportet
§. ſub hac tamen. & not. inſtitu. de inutil.
ſtipulatio. §. pupillus. Item ſciendum
eſt ꝙ licet filiifamil. obligentur ut dixi.
non tamen rem patris poſſunt obligare
ſine ſuo conſenſu. ut. ff. ad macedo. l. itē
ſi filius. §. ſed ſi filius. Sed circa hoc ex
tra litteram quero an pater teneatur de
contractibus filii. Ad qd' reſpondeo ꝙ
non ſiue ſit in poteſtate ſiue emancipa-
tus. ut. C. ne filius pro patre. l. i. & ꝑ to-
tum niſi fideiuſſiſſet pro eo. quia tunc
uidetur teneri ſicut pro alio extraneo fi-
deiuſſiſſet teneretur. Sic econtra filius ꝓ
patre non conuenitur niſi ſucceſſerit ei.
uel niſi aliis ſolitis modis conueniatur.
utputa quia pro eo fideiuſſiſſet. ut. eod.
titu. C. ne filius pro patre. l. ne contra. &.
ff. de minori. l. iii. §. non mouemur. Vnū
tamen eſt ſciendum ꝙ licet de rigore iu-
ris ciuilis pater non teneatur de contra-
ctibus filii tamen de equitate pretoris ſi
filius contrahat & habeat peculium tene
tur pater de eius contractibus actione
ex eo contractu de peculio niſi in caſi-
bus ſcilicet de mutuo facto contra ma-
cedo. & in uoto in quibus pater de pecu-
lio non tenetur. ut. C. ad macedonia. l. ſi
filius. & ff. de poll. l. ſecunda. §. uoto.
Item que dicta ſunt quando contrahat fi
lius eadem quando quaſi contrahit. utpu
ta ſi negocia alicuius gerat pater tenetur
de peculio. ut. ff. negoc. geſt. l. ſi filius.
Item ſi filius delinquat uel quaſi deliquat
non tenetur pater de peculio niſi inquā-
tum locupletatum eſt peculium. ſi tamē
ex furto ſuo conuentus fuerit filius & dā
natus iudicati tenebitur pater de peculio
quaſi in iudicio uideatur cum filio con-
tractum. nec inſpicitur prima origo ma-
leficii ex qua tenebatur pater inquan-
tum erat locupletatum peculium. ſed ſe-
cunda cauſa ſententie ex qua conueni-
tur ammodo de peculio ad ualorem pe-
culii quod eſt mirabile. Ex predictis
ſcilicet quomodo pater de cotractibus fi
lii teneatur de peculio. uideas quod eſt i

UVA. BHSC. IyR_072

aurora nouiſſima capitulo ſexto ſuper ĩ
ſtrumento diuiſionis ĩ capitulo ſeptimo
ſuper inſtrumento emancipationis.
Preter hanc actionem pater de pecu-
lio tenetur adhuc quandoqꝫ ex contra-
ctibus filii de in rem uerſo quando.ſ.fili
us conuertit in rem patris illud ſuꝑ quo
contraxerat.nam tunc pater inſolidum
tenetur uſqꝫ ad quantitatem uerſam licet
nihil ſit in peculio.ut.ff.de in rem uer-
ſo.l.i.& ſic patet ꝙ de in rem uerſo uſqꝫ
ad quantitatem uerſam tenetur pater ut
inſti.quod cũ eo.§.in rem aũt.& in iſti.
de acti.§.ſunt preterea. Item tenetur pa-
ter actione quo iuſſũ quando filius con-
trahit patri iubente uel mandante & ſi-
ue dirigatur iuſſus ad filium ſiue ad cõ-
trahentem cum filio tenetur pater inſo-
lidum inquantum iuſſus interuenit.uide
tur enim tunc contrahi cum ipſo patre.
ut.ff.de iuſſu.l.i. Et no.hic ꝙ licet pa
ter iuſſerit contrahere filium non tamẽ
uidetur permittere ꝙ res ſuas alienet uel
obliget niſi hoc ſpecie aliter permiſſerit.
ut.ff.qđ iuſſu.l.dominum. Item pater
tenetur inſtitutoria pro filio.utputa ſi
propoſuit eum taberne uel ſtationi uel
negociationi gerende & ipſe contraxit
cum aliquibus occaſione taberne uel ſta
tionis. nam datur contrahentibus cum
eo eam cauſam in qua propoſitus eſt iſti
tutoria contra patrem preponentem eũ
Item tenetur exercitatoria utputa ſi
exerceat nauem per filiũ. nam ſi pater
propoſuit filium naui eam gubernandã
dicitur exercitor quia nauim exercet ꝑ
filium & filius dicitur magiſter nauis.
unde ſi eius rei gratia contractum ſit cũ
iſto filio pater tenetur exercitatoria. &
hec probantur inſti.quod cũ eo in pri.
&.§.exercitatoria. &.§. inſtitutoria.
Poſita regula & declarata.ſ.ꝙ filiifa.
obligantur efficaciter cum extraneo.
Sciendum eſt ꝙ iſta regula fallit in duo
bus caſibus in quibus filiuſfami.effi caci
ter non tenetur nec etiam pater eius.ſ.in
uoto & in mutuo. De quibus breui-
ter aliqua uideamus.Et primo de uoto.
Circa quod eſt ſciendum ꝙ ſi filius
uouet ſe daturum communi Bonon.cã-
panam uel aliam rem non tenetur cum
effectu.uel ſi aliquid aliud uoueat ſe da-
turum uel facturum reipublice non te-
netur efficaciter.ut.ff.de poll.l.ii.§.uo-
to. Secus autem eſt ſi uouerat deo ſe-
ipſum ut littera dicit intrando monaſte-
rium. quia tunc tenebitur & aſtrictus e-
rit etiam patre inuito.Et ſi pater faciat te
ſtamentum non poteſt propterea filium
exheredare nec preterire ymo ſi iam le-
gittimam portionem habet ei relinquere
que eſt hodie tercia ſi ſunt quattuor filii
uel.ĩ.uel ſemis.Si ſunt.v.uel ultra ut.C
de inoffi.teſta.auten.nouiſſima.& ſi ĩ mi
nori eum inſtituat aget iſte filius ad ſup
plementum. Et ſi pater decedit inteſtat⁹
ei ſuccedit inſolidum ſi eſt ſolus.uel pe-
riter cum aliis ſi alii fratres ſunt ut hoc ꝓ
batur.C.de epiſcop.& cleri.l. ultima.§.
hoc etiam.Sed queri poteſt hic notabili
ter an ſuccedat iſte monachus factus ali
is cognatis ſeu agnatis.Et uidetur ꝙ nõ
quia cognatio monachorum eſt in celo
& non interra ut in auten.extraordina-
ria quomodo oporteat monachum uiue
re.§.non ingrediuntur. Sed do.Acur.
terminat contrarium.ſ.ꝙ ſuccedat.& ꝙ
dicit ur monachus non habet cognitio-
nem in terra. uerum eſt ut ea occaſione
monaſterium non exeat ad colloquen-
dum.cognationem tamen naturalem te-
net.ut.ff.de regu.iur.l.iura.Sed uidetur
ꝙ quedam glo. poſita in inſtit. de inuti.
ſti.§.item inutilis. uer. filii uero dicat ꝙ
de uoto filiuſſami.non obligatur.ſiue fi-
at rei publice ſiue deo. & allegat.ff. de
poll.l.ii.§.uoto. Et uidetur contradice-
re huic littere noſtre poſite hic in ſum-
ma noſtra.Sed ad hoc reſponderi poteſt
ꝙ illa lex de poſtulationibus.ff.corriga
tur per prealleg.l.ulti.C. de epiſco. &
cler. Vel aliter declaratur glo.illa diſtin
guendo ſic. quia quãdo filiuſſam.uouet
deo aut uouet ſeipſum intrando mona-
ſteriũ & ibi proficiendo ſ̃m modũ a iur̃
ſtatutũ.& tunc optime tenetur. & ita in-
telligitur.C.đ epi.& cle.l.ulti.aut uouꝫ
aliquã rem ſuã ſe daturũ deo uel aliquid



UVA. BHSC. IyR_072

ſe facturum deo.utputa uoueo ꝙ dabo
talem rem deo.& tunc non tenetur. &
ita intelligitur.ff.de polli.l.ii.§.uoto.&
ita nota.preallega.glo.poſita in inſtitu.
uer.filii. Item fallit in ſecundo caſu re
gula ſupra dicta que dicit ꝙ filiifamilias
efficaciter obligantur cum extraneo ſci-
licet in mutuo in quo filiifamil. efficaci-
ter non tenentur.nam licet filiifamil.ob-
ligentur in mutuo non tenentur quia
iuuantur beneficio mace. ſe.con. Et eſt
ſciendum ꝙ iſtud ſe.con.dicitur maced.
a macedone peſſimo feneratore. Fuit
enim quidam fenerator nomine mace-
do.qui inter ceteras ſcelerum artes quas
ſibi conſuetudo adminiſtrabat etiam es
alienum adhibuit & ſepe peccandi & oc-
cidendi patres occaſionem uel materiam
preſtitit pecunia enim credebat & taci-
tis & uelatis uerbis ſuadebat de occiſio-
ne patris.puta credo tibi pecuniam ut tu
facias ita.ut cito ſis tui iuris. & habebis
hereditatem patris tui & tunc reddes pe
cuniam mihi iſtam ſic quoq; maximum
conſequebatur lucrum plene remune-
ratur a filio factus ſui iuris. quod quia
aperte iniquum erat correctionem per
ſenatores accepit. Qui ſenatores erant
C.numero & prouidebant ſenatoribus
ciuitati rome.ut anciani faciunt bon. &
poterant legem facere.ut.ff.de legi.& ſe.
con.l.non ambigitur. Vnde conuen-
ti ſenatores una die ſimul.fecerunt legẽ
ſcilicet ꝙ filiifami.non teneantur de mu
tuo.Et hoc fecerunt in odium macedo.
Vnde dictum eſt ſe.con.i.lex facta a ſe-
natoribus macedonianum quia propter
macedonem moti fuerunt ſenatores ad
faciendum iſtam legem & componen-
dam.ut.ff.ad macedo.l.i.Et ad hoc ut fi-
lii non teneantur de mutuo.& ut locum
habeat macedo.iſta concurrere debeant
ſcilicet ꝙ mutuum ſit in pecunia nume-
rata.Nam ſi alia res que conſiſtat impon
dere uel menſura mutuaretur filiofamil.
utputa frumentum uel uinum.tunc te-
neretur filius niſi competeret ei maced.
niſi fraus eſſet adhibita. utputa ſi credi-
tor dediſſet uinum uel frumentum ut hiſ

diſtractis filius utatur pecunia.ut.ff. ad
macedonia.l.ſed iulia.§.in mutui. mul-
to minus habebit locum ſi filiuſfami.ali-
ter contraxerit non accipiendo mutuū
ut uendendo uel locando uel quid ſimi-
le faciendo.ut ſupra dixi in principio.
Et eſt ratio quia filiifami.de mutuo con-
tractu ꝺ pecunia numerata non tenetur
quia pecunie datio pernitioſa parentibꝰ
eorum uiſa eſt. Item debet eſſe uerum
mutuum & non ficticium ut macedonia
num locum habeat.nam ſi filiuſfami.de-
beat mihi pecuniam ex cauſa emptionis
uel ſimili & eandem ſim ſtipulatus ab eo
mihi reddi ex cauſa mutui.cum deſtina-
ta eſſet pecunia ſolutioni licet alias ideſt
ceperit eſſe pecunia mutuata. tum quia
pecunie numeratio non curritur ceſſat
ſenatus conſul.ff.ad maced.l.ſi filius.§.
his autem &.l.quia ꝙ.Item debet nume-
ratio eſſe facta eo tempore quo eſt filiuſ
fami.nam ſi ſtipulatus eſſem a quoddam
filiofami.mihi reddi mutuatam pecuniã
quam numeraturus ſum ſibi ex cauſa
mutui.& poſtea eo facto patre fami.nu-
merem ei non habet locum macedo.ut.
ff.ad mace.l.ſi filius.§.ulti. Item nota
ꝙ macedoniano renunciari non poteſt
licet uelliano ſic. quia macedonianum
odio creditorum introductum eſt.illud
uero fauore mulierum.ut.ff.ad mace.l.
ſed ſi pater.§.non ſolum.&.ff.de condi.
inde.l.qui exceptionem.& no.ad mace.
l.ulti.niſi filiifa. factꝰ paterfa.remitteret
ut.C.ad mace.l.cenodotus.Item ad hoc
ſena.con.pertinet ad filias.ut.ff.ad ma-
ce.ſed & ſi pater.§.hic ſe.con. Itẽ no.
ꝙ datur hoc beneficium filiifami.interi
dum ſunt in poteſtate patris. Item &
ſi ſui iuris facti ſunt habent macedo.in
illo mutuo quod acceperunt quando in
aliena poteſtate erant.Item datur heredi
bus eorum.licet patreſfami. decedant il
li filii q̧ mutuam contraxerunt. Item
fideiuſſoribꝰ eorũ & q̧ etiam ipſius man-
dati regreſſũ habuerunt ſi tenerent̃ niſi
animo donandi interceſſiſſent.tũc enim
cũ nullũ regreſſũ habeant nõ cõpeteret
eis mace.ſed ſi non animo donandi p̃ris

UVA. BHSC. IyR_072

tamen uoluntate fideiuſſerint totus con-
tractus uidetur a patre comprobatus.et
ſic non habet locum macedonianum.
Sed quid ſi fideiuſſor qui interceſſit.ꝑ
filiofa.in mutuo & ſine uoluntate patris
ſoluerit.an repetet.Reſpondeo nō.nec
a creditore nec a filio.quia exceptionem
peremptoriam ſciens omiſit.ut.ff.man-
dati.l.ſi fideiuſſor ut hec probantur.ff.
ad mace.l.ſed & ſi pater.§.non ſolum.&
l.ſed & ſi iul.§.q̄q̄.&.C.ad macedo.l.pe
nulti.&.C.ꝙ cum eo.l.ſi ex eo contra-
ctu. Sed quid ſi ipſe filiuſfa.fideiuſſit.
Neratius iuriſconſultus libro primo re-
ſponſorum.ceſſare ſenatuſconſultum ait
Sed ſi color queſitus ſit.ut filiuſfam. qui
mutuo erat accepturus pecuniam fideiu
beret alio reo dato tunc fraudeȝ ſenatuſ
conſulto factam nocere ait creditori.&
dandam exceptionem hoc caſu tam filio
fa.q̄ reo.& fideiuſſori tali ſubuenitur &
ſic hoc modo ſubueniri debet utriqȝ cū
reus loco fideiuſſoris & fideiuſſor loco
rei habeatur.ut.ff. ad uel.l. quamuis.§.
ſi cum eo & ad macedo.l. item ſi filius.
primo reſponſo. Dicto quomodo fili-
uſfami.non teneatur de mutuo.Sciendū
eſt ꝙ hoc fallit in caſibus multis in qui-
bus efficaciter de mutuo tenetur & ceſ-
ſat mace.quos per ordiné exponere uti-
le eſt. Primus caſus eſt propter men-
dacium filii ſi creditor petierit ab eo ſi eſ
ſet filiuſfa.an pater.& ipſe dixerit ſe pa-
tremfa. eſſe uolens decipere creditorem
qui ei non dediſſet ſi ueritatem nouiſſet.
hoc enim caſu ceſſabit macedonianum.
ut.C.ad legem macedonia.l.prima. Et
ſic nota.hic quem propter mendacium
generari.ſicut.ff.de rei uendica.l.finali.
& ſi minor ſe maiorem dixerit.l.tertia.

Secundus caſus eſt ratione publice
ignorantie quia plerunqȝ paterſami.ui-
debatur ſic agebat.ſic contrahebat.ſic
muneribus publicis fungebatur.i.ad of
ficia publica eligebatur.Ex quibus pu-
blice credebatur paterſami. Nam ſi iſti
tali filio quem credebam patremfamil.&
publice credebatur mutuem pecuniam
repetam & ceſſabit macedonianum. ut.
ff.ad macedo.l.ſi quis patrem.Et ſic no-
ta ꝙ error communis excuſat ad quod
concordat.ff.de offi. perſi.l.barba phi-
lippus. Tercius caſus eſt in quo ceſſat
macedo.ſi pupillus mutuet filiofam.ſine
tutoris auctoritate. In quo caſu ſciendū
eſt ꝙ ſi pupillus mutuet filiofamil. ſine
tuttor.auctoritate.non eſt mutuum. qa
in mutuo dominium rei mutuate tranſi-
re debet in illum qui accipit mutuum.
ut.ff.ſi cert.pet.l.ii.§.apellata.at pupil-
lus ſine tut.auctoritate non poteſt domi
nium rei ſue trasferre in alium.ut inſtit.
quib.alie.licet uel nō.§.nunc amouen-
di.ergo ſi pupillus dando pecuniam nō
facit mutuum non competit filiofam.ma
cedo.ꝙ maced. locum habet in mutuo
tantum. Si autem pupillus mutuet cū
auctoritate tut.& ſolenniter prout a iu-
re ordinatum eſt.tunc ſubueniatur ei ꝑ
beneficium reſtitutionis in integrum.
quia hoc caſu bene fuit contractum mu
tuum & ideo macedo. nō competat. ſed
reſtitutione iuuatur ut dixi. In adul-
to autem habente curatorem dici poteſt
idem quod in pupillo.quia ſi mutu-
et ſine curatore non ualet ipſo iure con-
tractus.ſi autem cum curatore ualet cō-
tractus.ſed reſtituetur in integrum.& ſi
nullum curatorem habebat per benefi-
cium etiam reſtitutionis in integrum ei
ſubuenietur.& ad hoc.ff. ad maced.l. ſi
quis pater.&.C.de in integ.reſti.l.ſi cu-
ratorem.Idem ſeruatur in filiofa. quod
dixi de impu.ſi ipſe alii filiofam.credide-
runt de peculio ſpecifice ad patrem ſine
ſpeciali conſenſu patris.Et eſt ratio quia
pecunia non fuit numerata.Nam & ſi li-
beram peculii adminiſtrationem habent
non tamen perdere peculium ei pater ꝑ
mittit.& ideo uendicatio minorum dabi
tur patri & conſumpta pecunia conditio
nem habet ut.ff.ad macedo.l.ſi quis pa-
trem.§.proinde.&.l.ſi filius. Et ſic no.
ꝙ ſub conceſſione generali libere admi
niſtrationis non comprehenditur dona
tio ſeu perditio.unde ſi concedo procu-
ratori meo liberam adminiſtrationé nō
propterea poterit dōare ſeu dilapidare.



UVA. BHSC. IyR_072

ut.ff.de pac.l.contra.§.filius. &.ff.de of ſi.procur.ceſaris.l.i.§.i.&.ii. Vltimo circa iſtum caſum quero.ſi minor quidã mutuet filiofami.minori.& iſte qui mutuauerit repetit pecuniam per reſtitutionem dicens ſe deceptum.& filiuſſami.minor qui accipit dicat etiam ſe deceptum qui pecuniam conſumpſit quid iuris. & certe melior eſt conditio conſumentis. ſecus eſſet ſi ille qui accipit factus eſſet locupletior.quia tunc qui mutuauit optineret.ff.de minorib.l.ſi mino.xxv.an.

Quartus caſus eſt ubi ceſſat maced.ſi filiuſſami.accipit pecuniam ut uertere in rem patris & uertit. ut quia ſororem ſuam dotauit quod onus ad patrem ſpectabat.quia paternum officium eſt dotare filias.ut.C.de dotis promiſ.l.fi.uel patriſſamiliam nutriuit.ut hec probantur ad macedo.l.ſed iulia.§.ſed & ſi filius.& §. proinde ſi acceperit. Quintus caſus eſt ubi ceſſat macedo.ſi filius accepit pecuniam mutuo uſq; ad quantitatẽ quam pater non deberet recuſare ei dare utputa ſi in delegatione & in ambaſſaria pecuniam accepit uel ſi in ſtudio exiſtẽs cauſa ſtudiorum accipiat pecuniam ad quantitatem quam pater ſolebat adminiſtrare ei.nam hoc ceſſabit macedo.ut.ff. ad macedo.l.ſed iulia.§.quod dicitur.

Quid ſi pater nil ſub miniſtrat filio exiſtenti in ſtudio cum ſit diues uel ſi uſque ad probabilem modum. Reſpondẽt glo.ꝙ inſpici debet illud quod pater deberet ſubminiſtrare inſpecta filii & patris perſona dignitate & diuitiis.ut uſq; ad tantam quantitatem ceſſat macedo.& teneatur pater & filius.argu.ff.de iudi. l.ſi legem.§.i.in fin. Item cum utiliter fecerit cognoſcitur habere ratum.ut ff.de negoc.geſt.l.pomponius.Et etiam iſto caſu teneretur pater de in rem uerſo.ut.ff.de in rem uerſo.l.iii.§. proinde &.l.pater pro filia. Item quid ſi filius eſt contra uoluntatem patris in ſtudio & accipiat pecuniam mutuo. Reſponderi poteſt ꝙ ſemper teneatur pater niſi ſpecialiter prohibeat.ut.C.de negoci. geſt.l.fi.uel dic uſq; ad quantitatem quã domi expenſurus erat.pater indiſtincte tenetur.ut.ff.de in rem uerſo.l.iii.§.proinde.In reſiduo ſi creditor ignoret eum eſſe contra uoluntatem patris in ſtudio quod ſemper preſumitur eum ignorare ut.ff.de probatio.l.uerius ſimiliter tenetur pater.Si autem ſciat creditor eum eẽ contra uoluntatem patris tunc ſi ſtudeat tenetur pater quaſi utiliter factum ſit. cum ſcientia filii ſit leticia patris.ut in auten.conſtitutio que de dignitatibus. §.generaliter.Si non ſtudeat non habet creditor actionem.C.de nego.geſt.l.fi. &.ff.de nego.geſt.l.item ſi cum in fi.ipſe tamen filius conuenitur. Item quid ſi filiuſſami.eſt minor.xxv.annis quando accepit pecuniam in ſtudio.Reſpondet glo.pater tenetur.ſed & ipſe non reſtituatur.ut.ff.de mino.l.non omnia.

Item quid ſi pater miſerat pecuniam ſed creditor ignorabat.Reſpondeo & adhuc agit creditor.ut.ff.de inſti.l.ſed & ſi pupillus.§.preſcribere in fi.&.ff. pro ſocio.l.fi.Item quid ſi pater erat ſolitus mittere.xx.libr.filio & hoc erat tantum quantum uires patrimonii & cõditio ei⁹ portare poterant filius autem accipit᷑ qnquaginta.Reſpondet glo.uſq; ad ſolitũ modum pater tenebitur.quia utile per inutile uiciari non debet.ut.ff.ar.C.de donat.l.ſi quis argentum.§.ſed in omnib⁹.

Sextus caſus eſt ubi ceſſat macedo.ſi filius accipiat mutuum de conſenſu patris ſui.ut.C.ad mace.l.permittente.nã & tunc tenebitur.quia ille talis conſenſus inducit actionem quod iuſſu.etiã de iuſſu patris uidetur tunc accepiſſe.ut.ff. quo iuſſu.l.i.§.ſi ratũ.Et eſt quoddã ualde ſpeciale hoc caſu.quia ſi filiuſſami.minor.xxv.annis iuſſu & conſenſu patris mutuũ accipiat non petet reſtitutionem cũ in aliis contractibus quos facit etiam iuſſu patris petat reſtitutionem ſi ipſe filius conueniatur & ſit minor. Secus ſi pater conueniatur actione quo iuſſu in contractibus factis a filio minore iuſſu eiuſdem patris.quia ipſe pater non reſtituetur.ut hec probantur.C.de filiofami.mi.l.ii.&.ff.de mi.l.iii.§.ſed utrum.

UVA. BHSC. IyR_072

Item nedum ceſſat mace. ſi pater conſen
tiat ſed etiam ſi preſens ſit & non contra
dicat. & ſic no. per ſolam ſcientiam pre/
iudicare niſi contradicat. ut. ff. ad mace/
donia. l. ſi tamen. Item ceſſat mace. ſi fili⁹
deſtinauit litteras patri ꝙ pecuniam ac/
ceperat mutuo & pater non improbauit
debebat. n. incontinenti proteſtari de cõ
traria uoluntate. & ſic no. ꝙ qui non im
probat probare uidetur. ut. ff. ad maced.
l. ſi filius. & intelligendum eſt ut littera
dicit & bene de conſenſu patris qui ha/
bet filium in poteſtate. filiuſfamil. enim
ſuo filio conſentiendo non faceret ceſſa/
re macedonian. ut. ff. ad macedonian. l.
filium. Septimus caſus eſt ubi ceſſat
macedonian. ſi filius accipiat pecuniam
ut liberet ſe ab illo creditore quẽ non po
terat per exceptionem aliquam remoue/
re. & poteſt caſum ponere in terminis ꝓ
pter rudes iſto modo. fi. fa. emit domum
a petro pro. C. & ita precium tenebatur
ſoluere filiuſfami. Petro uenditori. nec
poterat eum remouere exceptione ma/
cedonia. quia non habet locum in tali ca
ſu ut dictum eſt ſupra nec ulla alia. & iõ
ſi talis filiuſfam. accipiat pecuniam mu/
tuo ut liberet ſe ab illo creditore quem
non poterat remouere per exceptionem
ceſſat mace. ut. ff. ad macedo. l. ſed iul. §
penul. Item extra litteram ſcias ꝙ ma/
cedo. ceſſat in aliis caſibus. ut ecce filiuſ
fam. accepit pecuniam mutuo ſine con/
ſenſu patris. poſtea ex iteruallo patri ha
bente ratum & certe ammodo ceſſat ma
ce. quantum ad ipſum patrem. quia rati/
habitio trahitur retro ut uideatur retro
pater ab ipſo principio conſenſiſſe. ut. C
ad mace. l. fina. Sed an ratihabitio patris
modo facta noceat filio qui habet mace.
qui mutuum antea acceperat ſine conſẽ/
ſu patris. & uidetur ꝙ non per. l. ulti. ff.
de pac. Sed tamen do. Ac. terminat con/
trarium. ſ. ꝙ filius qui ante accepit mu/
tuum ſine conſenſu patris. & ſic non te/
nebatur de ratihabitione patris teneatur
quia ratihabitio retro trahitur. & mãda/
to comparatur. & hec probantur per. l.
ulti. C. ad mace. Item ceſſat maced. ſi
pater ceperit ſoluere quod filiuſfamilias
acceperat mutuo. quia uidetur tunc ra/
tum habere. ut. ff. ad macedonia. lege ſed
iul. §. penultimo. Sed quero quid erit
ſi filius qui mutuum accepit ceperit ſol/
uere ipſe idem. Et certe diſtinguendum
eſt. quia aut ſoluit eo exiſtente filiofami.
aut eo facto patrefa. In primo caſu aut
ſoluit totum debitum. & tunc non repe/
tit ipſe. Aut partem debiti & tunc parteȝ
ſolutam non repetit. ſed in alia non ſolu
ta non preiudicat ſibi. & hoc ſiue ſcien/
ter ſoluit ſciens ſe non teneri. ſiue per ig/
norantiam iuris ſoluerit. utputa ſi igno/
ratur beneficium mace. competere filiiſ/
fami. ut. ff. ſi cert. pet. l. ſi filius. & de cõ/
di. inde. l. qui except. Secus ſi per igno/
rantiam facti ſoluerit. utputa cum debe/
ret ex cauſa mutui credebat ſe debere ex
alia cauſa utputa emptiõis uel ſimili. nã
tunc non debet ſibi nocere cum & ſi ꝓ/
miſiſſet taliter errãdo factus ſui iuris pe/
cuniam quam accepit quando erat filiuſ
familias non noceret ſibi promiſſio fa/
cta per talem errorem. ut. ff. ad mace. l.
fi. ſic non debet ſibi nocere ſolutio. ut. C
ad. l. falci. l. error. In ſecundo caſu ſci
licet quando ſoluit eo iam facto patrefa.
aut ſoluit totum debitum. & tunc nihil
repetit. Aut partem debiti. & tunc in par
te ſoluta ſibi preiudicat. ſed in alia nõ ſo
luta. dominus Bul. dixit ꝙ non do. Azo.
& Acur. dicunt contrarium. ſ. ꝙ uidetur
approbare debitum ſcilicet pro parte il/
la ſoluta & ammodo ad partem non ſo/
lutam teneatur. ut hec probantur. ff. ad
ma. l. ſed iul. §. penulti. & ff. de condi. in
de. l. except. Sed quid ſi filiuſfa. dum
eſſet filiuſfami. accepit mutuum & fact⁹
paterfami. rem aliquam pignori debet ꝓ
mutuo illo. certe uidetur approbaſſe tã/
tum uſqȝ ad quantitatem pignoris & nõ
ultra. Sed que eſt ratio ꝙ quando ſoluit
partem debiti factus paterfami. uidetur
in totum approbaſſe. ſed quando dat pi/
gnus ad quantitatem pignoris tãtum te/
netur. Reſpõdet Azo. ꝙ pecunia ꝓ pte
ſoluta extinguit principalẽ obligationẽ
pro illa parte. Pignoris autẽ actio in

UVA. BHSC. IyR_072

nihilum extinguit. Item ceſſat maced. ſi filiuſſami. qui mutuum acceperat factus paterſami. fidem ſuam pro illo debito aſtrinxit promittendo debitum non per errorem uel quomodocunq; aliter cognouerit. ut ſoluendo uſuras pro illo debito ratum habendo. ut. C. ad macedo. l. cenodotus. Item ceſſat macedo. ſi filiuſſami. habeat caſtrenſe peculium uel quaſi uſque ad quantitatem caſtrenſis uel quaſi. ut. ff. ad macedo. l. ii. & primam. Item nota ꝙ filiuſſami. qui mutuum accepit conuentus fuerit a creditore. & exceptionem non opponat macedo. & fuerit ſic condemnatus poteſt poſt ſententiam except. macedo. opponere. & eſt ſpeciale in ea & in uelleiano & falſo procuratore. & in quibuſdam aliis peremptoriis ut opponi poſſint poſt ſententiam. regulariter autem contra. quia peremptoria non opponitur poſt ſententiā ut. C. ſententiam reſcindi non poſſe. l. ꝑemptorias.

Seruus cum domino ſuo.

Ictum eſt ſupra de una perſona que prohibetur in aliquibus cōtractibus contrahere ratione poteſtatis ut ḋ filioſami. Sequitur uidere de quadam alia que prohibetur ratione dominice poteſtatis. ut de ſeruo. & ante omnia deberet dici quis eſt ille qui eſt ſeruus. & quot & in quibus modis quis fiat ſeruus. Sed quia hoc dixi. ſ. in rubrica de perſonis & perſonarum diuiſionibus. & ideo hic omitto. & ad alia utiliora deſcendo. Queritur an ſeruus poſſit contrahere. & certe littera diſtinguit & bene. quia aut uult contrahere cum domino aut cum extraneo. Et primo an cum domino ſuo poſſit contrahere. Secundo an cum extraneo.

Queritur ergo an ſeruus obligetur domino ſuo ſi ei promiſit. & certe nō obligatur ciuiliter. ut inſtitutio. de inuti. ſtipulatione. §. item inutilis. uerb. ſi ſeruus naturaliter tamen bene obligat̄ domino ſuo. & poſſet dominus accipere fideiuſſorem in̄ qḋ ſeruus naturaliter ſibi debet. qui fideiuſſor cum effectu teneretur. ut inſtitu. de fideiuſſo. circa pri. &. ff. de conditio. & demonſtratio. l. naturaliter. Sic econtra ſi dominus promittat ſeruo naturaliter tantum tenetur & non ciuiliter. nō tn̄ dn̄s poteſt dominus poteſt dare fideiuſſorem ſeruo ſuo ſuper illa naturali. Et eſt ratio quia talis fideiuſſor obligando ſe ſeruo per conſequens domino obligatur. Item pro eodem domino obligatur quod eſſe nō poteſt ut idem pro eodem & apud eundem poſſit obligari. ut. ff. ḋ fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. Secundo loco tractandum eſt an ſeruus poſſit cum extraneo contrahere. Et eſt diſtinguēdum. quia aut uult contrahere cum extraneo paſciſcendo uel acquirendo uel ſtipulando aliquid ab extraneo aut uult ſe obligare extraneo. Primo caſu optime poteſt ſcilic; ſtipula. uel paciſſi aliquid ſibi ab extraneo. & hoc habet ex perſona domini quam repreſentat in acquirendo non autem ex ſua. ut inſtitu. de ſtipula. ſeruorū unde ſiue ſibi ſiue domino ſiue perſonaliter. in nullius facta mentione ſtipuletur domīo acquirit̄. Et ſi plures habet dominos & ſtipulet̄ imperſonaliter. i. nullius facta mentione uel ſtipulet̄ ſibi uel ſtipuletur dominis ſuis ſub nomine appellatiuo unicuiq; dominorū acqrit proportione dominii. Si aūt ſtipuletur eis exprimendo ꝓpria nomina dominorū tātum. ut promittis. P. & Mar. tunc non ꝓ dominica portione ſed uirili acquirit ut tantū habet unus quantū alter. licet forſan unus haberet tantū tertiā partem in ſeruo & alias duas. Sed qḋ ſi propria & appellatiua in ſtipulando ſimul expſſit. utputa promittis. P. & Mar. dominis meis Diſtinguendum eſt. quia aut p̄miſſit ꝓpria nomina. & tunc pro uirili portione acquirunt. Aut appellatiua prepoſuit & tunc pro dominica portione unicuique acquirit. ut probatur inſti. de ſtipulatio. ſeruo. §. ſine. &. §. ſeruus communis. &. ff. eod. l. ſi ſeruus communis.

Item quid ſi uſūfructum habeo in ſer-

UVA. BHSC. IyR_072

uo & alius proprietatem cui acquiret. Reſpondeo ſi ex re fructuarii. uel opera ſua acquirit tunc fructuario querit. Si autem aliunde acquirat uel quia inſtituatur uel ei legetur aliquid. tunc proprietario acquirit. ut inſti. per quas perſonas nobis acquiritur. §. de his. Si autē ſeruus uelit ſe obligare extrāeo aliquid pro mittendo ciuiliter non poteſt licet naturaliter teneatur ut preal. §. item inutilis inſti. de inuti. ſti. & eſt ratio quia ꝓ mortuo habetur quantum ad actus ciuiles. ut. ff. de reg. iur. l. ꝙ attinet & alibi. e. ti. dicitur ſeruitutem morti comparamus. ut. l. ſeruitutem. non enim teſtamentum facere poteſt. nec arbiter uel tutor eſſe nec in iudicio ſtare regulariter ut dictis legibus notatur. De iure autem naturali pro aliquibus habentur ſerui. ecce enim faciunt que natura ſunt ſicut & qui capud de iure ciuili habent ſcilicet bibūt comedunt audiunt & intelligunt moriuntur creſcunt & decreſcunt. ut. ff. de peculio. l. peculium. ſed licet ſeruus ciuiliter extraneo non obligetur. dominus tñ ſuus de promiſſionibus eius in caſibus conuenitur. ſ. Primo iuſſu. ſi enim ſeru⁹ iuſſu domini contraxit cum aliquo tenetur dominus quo iuſſu īquantum iuſſus iteruēit. ſiue dirigat iuſſus ad ſeruū ſiue ad contrahentem cum ſeruo. ut. ff. quo iuſſu. l. i. in prin. Quid ergo ſi fideiubeat pro ſeruo dominus quod poteſt. Reſpōdeo non tenetur quo iuſſu. nam quaſi extraneus interuenit non quaſi dominus. i hoc ideo dico. ſ. ꝙ non teneatur quo iuſſu. eo ꝙ tenetur ex cauſa fideiuſſionis. Sed quia aliud eſt iubere aliud fideiubere nam & ſi inutiliter fideiuſſit non tamē tenetur quo iuſſu. ut. ff. quo iuſſu. l. i. §. quid ergo. unde ſi teneat fideiuſſio tenet ex fideiuſſione non autem quo iuſſu. & ſi nō teneat fideiuſſio non tamen tenetur quo iuſſu quaſi fideiubendo iuſſerit nec ex fideiuſſione etiam. Sed quero ſi dominus iuſſit mutuari pecuniam ſeruo & poſtea uelit reuocare iuſſuꝫ ſuum anteꝗ credatur pecuniam. an poſſit. Reſpondeo ſic. ut. ff. quo iuſſu. l. i. §. i. Itē nota ꝙ ſi domin⁹ ſubſcribat ſe in inſtrumento ſerui uidetur conſentire & quo iuſſu tenetur. ut. ff. quo iuſſu. l. i. §. ii. Et ſic eſt ar. ꝙ canonici ſunt ſcribentes in aliqua electione conſentire uidentur. Item tenetur dominus ex contractu ſerui de in rē uerſo. utputa ſi ſeru⁹ uertit id ſuper quo contraxit in rem domini. Et circa hec diſtinguendum eſt. quia aut ſeruus gerit negocium domini uoluntate eius. utputa quia aliquid ei emit uel pactum aliqđ pro eo iniuit. & tunc tenetur dominus đ in rem uerſo etiam ſi ad luxurie materiā unguēta forte uel ad delicias uel ad turpes ſumptus aliquid domino uolēte emerit. nam tenetur dominus de in rem uerſo. ut. ff. de in rem uer. l. iii. §. necnon illud. Si autem ſine uoluntate domini geſſit ſeruus negocium aliquod & illud uertit in rem domini ſi quidem in rem neceſſariam uel utilem uertit. utputa quia domum paratam ruine reparauit. uel quia frumentum emit ut domini familiam nutriret. uel ut ſe aleret tenetur dominus de in rem uerſo inquantum uerſum eſt etiam ſi ratum non habeat. ff. de in rem uerſo. l. iii. §. i rem autē. &. §. idem labeo ait. Si autem nec in rem domini neceſſariam nec utilem uertit quando ſine eius uoluntate gerit ſed in uoluntariam cauſam. utputa quia pecuniam accepit. ut domum domini exornaret picturis. & aliis que magis ad uoluntatem ſpectant ꝗ ad utilitatem tunc dominus non tenetur de in rem uerſo. pati debet domin⁹ ꝙ creditor poſſit tales picturas abradere ſine leſione domus ſue. & ille creditor poterit abradere niſi tantum uelit dominus dare. quantum poſſet habere creditor illis abraſis. ut. ff. de in rem uerſo. l. iii. §. ſed & ſi mutua. &. ff. de rei uendi. l. in fundo. &. ff. man. l. idemqꝫ. §. idem ait.

Item conuenitur dominus de contractib⁹ ſerui de peculio. Et circa hoc ſcias ꝙ peculium multis modis accipitur. ut not. do. Azo. in ſūma ꝙ cum eo in. §. peculiū. quos non recito breuitatis cauſa. Sed certe quantū ad noſtrā materiā proprie accipit peculiū ꝓ eo qđ habet ſu⁹

UVA. BHSC. IyR_072

permiſſu domini a rationibus dominicis
ſeparatum.& dicitur peculium quaſi pu
ſillis pecunia uel patrimonium puſillu;
ut.ff.depone.l.depoſiti.§.ulti.&.l. ſed &
ſi damnũ .§.peculium.Et oportet ſecun
dum quoſdam ꝙ dominus expreſſe per/
mittat.Sed ſecundum do.Azo.ſiue domi
nus concedat expreſſim ſiue patiatur ſer
uum apud ſe habere res aliquas peculiũ
erit nec exquiritur ſcientia domini circa
res ſingulares ſecundum eundem Azo.
Si ergo ſeruus ita habeat peculium ex p/
miſſu domini.ut dictum eſt & contrahat
cum aliquibus datur contrahentibus cũ
eo ſeruo actio de peculio contra domi/
num ad ualorem peculii.licet contraxit
ſeruus domino ignorante uel inuito.ut.
ff.de pecu.l.ſi quis.§.ulti. &.l. quotiens
i.gl. Fallit tamen in caſibus in quibus
dominus non tenetur ex promiſſione ſer
ui de peculio quõcunq; ſeruus peculiu;
habere promiſerit. Primus eſt donet.
nam licet permiſerit ſeruum habere pe/
culium.non uidetur ſibi conceſſiſſe uel
donare.ut.ff.de pac.l.contra.& ad mac.
l.filiuſfa. Secundus eſt ſi uouet ſe da/
turum aliquid.Nam etiam iſto caſu đ pe
culio non conuenitur.ut.ff.de pollici.l.
ii.§. uoto. Tertius caſus eſt ubi do/
minus non conuenitur de peculio ſcili/
cet ſi ſeruus pro aliquo fideiubeat non
in cauſam peculiarem ſed officio inter/
ceſſionis fungens.ut.ff.de pecul.l.licet.
§.filius.&.§.iul. Et uidetur dicere gl.
ꝙ taliter fideiubendo ſeruus etiã natura
liter non obligaṫ.ut.ff.de fideiuſ.l.ſeruꝰ
in. l.ſequẽti.Si autẽ ſeruus fideiube
ret in cauſa peculiari.utputa pro credi/
tore ſuo peculiari q mutuauerat ſibi pe/
cuniam pro peculio ſuo tenetur dominꝰ
de peculio.ut prealleg.l.licet.ff.de peti.
§.filius.&.l.iul. Item fallit in alio caũ
uidelicet ſi ſeruus gerens ſe pro libero
compromiſerit ſub pena quia dominus
non tenetur actione de peculio ad penã
compromiſſi. Item ſi in iudicio fuerit
ſeruus condemnatus non datur in do/
minum actio de peculio quia cum ſer/
uo non poteſt iudicium eſſe.ut iſti duo
caſus probantur.ff.de peculi.l. licet.§.
ſi ſeruus.ff.ſi quis caut.l.quotiens. Item
ſi ſeruus mandauerit alicui de ſe emendo
nõ datur actio de peculio in dominium
illi cui mandatum fuit.ut.ff.man.l. cum
ſeruus.Item inſtitutoria & exercitatoria
tenetur dominus de contractibus ſer/
ui quod dic ut in precedenti.§.dixi de fi
lioſa.

Furioſus mentecaptus ꝛc.

Ictum eſt ſupra de quattuor per
ſonis que ratione minoris etatis
prohibentur contrahere & dua/
bus que ratione poteſtatis contrahere ẽt
impediuntur. Sequitur modo uidere
de illis que ratione morbi uel infirmita/
tis.ut de furioſo ſurdo & mẽtecapto uel
muto. Et primo de furioſo . Furioſus
eſt ille qui percutit ſe & alios in furore.
Sed mentecaptus eſt qui nõ offendit ali/
quem & prorſus caret mente . Queri
tur ergo an furioſus poſſit contrahere.
Et certe reſpondetur ꝙ non poteſt con/
trahere nec ſe obligare.quia in contracti
bus requiritur conſenſus & intellectus
ut inſti.de uerbo.obliga.§.ſed hec ſolẽ/
nia.&.C.de actio.& obliga.l.ſicut.At ip
ſe furioſus conſentire non poteſt nec in/
tellectum aliquem habet.ut.ff.de regu.
iu.l.furioſi.&.ff.locati.l.qui ad certum
& inſtitu.de inuti.ſtipulati.§.furioſus.&
ſic ſe obligare non poteſt. quandoq; ta/
men furioſus obligatur ubi ex re actio
ueniat.utputa ſi cõmunem fundum cum
eo habeo & aliquid in eum impendo.nã
iudicio communi dicendo obligabitur
ut.ff.de actio.& obligatio.l. furioſus.
Sed licet furioſus negocium obligato
rium celebrare non poſſit ei tamen acq/
riṫ actio illis modis quibus ignoranti/
bus acqritur.nam ex quibuſ cauſis igno
rantibus nobis eiſdem cauſis & furioſis
actiones acquirũtur.furioſi poſſe agi.In
cipit ueluti cum ſeruus eius ſtipuletur
& cũ furtũ ei fit aut damnum ei dando i
legem acquil.committiṫ. Item ſi ei le/
geṫ uel per fideicommiſſũ ei relinquaṫ.

UVA. BHSC. IyR_072

Nam iſtis caſibus furioſo acquiritur actio.ut.ff.de actio.& obli.l.ſi furioſo.

Que dicta ſunt in furioſo idē per omnia in mente capto ſeruatur.ut inſtit.de curi.§.furioſi. Item que dicta ſunt habent locum in eo ꝙ omni tempore fuerit. Si autem haberet dilucida interualla ideſt uno tempore furorem haberet & alio non.uel ſi ſanitatem in totum recuparetur.tum eo tempore quo ſanitatem haberet contrahere optime poſſet. ut colligitur.C.de cura.fu.l.cum aliis.

Mutus ſurdus ꝛc.rubrica.

Irca iſtum.§. queritur. an mut⁹ & ſurdus poſſint contrahere.ad quod ſciendum eſt ꝙ quidā ſunt muti & ſurdi naturaliter. quidam accidentaliter.i.propter aliquod accidens infirmitatis uel alterius impedimenti.Et qdam ſunt muti tantum. Quidam ſurdi tantum.& quidam utroqꝫ morbo ſimul laborant. Et certe ſiue naturaliter ſiue accidentaliter. ſiue unico ſiue utroqꝫ morbo laborant ſtipulationis contractū facere non poſſunt quia ſtipulatio debet fieri loquente.nam in ſtipulatione unus interrogare & alius reſpondere inuicem ſe exaudire debent quod predicti facere non poſſunt.ut inſtit. de inuti. ſtipul.§. nuncium.&.ff.de uerb.ſign.l.i. Predicta uera ſunt in eo qui omnino nō audit uel non loquitur. Si autem ſurdaſter eſſet ideſt parum audiret uel prepoſtere loqueretur non prohibitur ſtipulationē uel alios contractus facere. ut prealleg. §.mutum. Si autem mutus uel ſurdus uelint alios contractus celebrare in quibus non ſunt omnino uerba neceſſaria ſed conſenſu ſolo perficitur. ut eſt contractus mādati & ſimiles uidetur ꝙ poſſint eo modo quo procedere poteſt ideſt uel nutu uel ſcriptura.ut.ff. de procur. l.mutus.& ad hoc facit.ff.de reg.iur.l.ubi. Unum tamen eſt ſciendum ꝙ mutis & ſurdis & his q rebus ſuis ꝓpter morbum ſupereſſe non poſſunt lex dat curatores proximiores agnatos. & ſi agnati non ſupereſſent iudex dare debet.& predictis conſueuit perſonis curatores ordinare qui curatores negocia iſtarum perſonarum expediunt & pertactant quemadmodum curatores adultorum res iporum faciunt.ut inſti. de curat.§. item in fine.§.&.C.de curatori.fur.l.finali.§. ſi autem.

Prodigus cui bonis.

Ictum eſt ſupra de quibuſdam perſonis que probibentur regulariter contrahere. Sequitur uidere de quibuſdam aliis que ratione dlicti contrahere impediuntur. Et primo de prodigo & circa eum dicendum eſt.

Primo quis dicatur prodigus. Secundo an poſſit contrahere. Prodigus eſt qui neqꝫ tempus neqꝫ finem expenſarum habet. ſed bona ſua dilacerando & delapidando profundit & inter dicitur bonorum ſuorum adminiſtratio a iudice per legem.xii.tabularum.ſ.querelam matre uel aliquo cognatorum proponēte de eo.& licet mentis ſue compos & ſermonibus ſuis uideatur.prodigus tamen ſi ſic.tractare bona ſua uidetur.ut niſi ei ſubueniatur deducatur in egeſtatem datur ei curator. nam quo ad bona ipſius pertinet furioſum facit exitum. ut.ff.de tutori.& curato.datio ab his.§.diuus. Sed furioſo interdicitur ipſo iure nō expectata interdictione a iudice facienda. ut.ff.de curatori.furi.ſi.l.i.Sed an poterit contrahere iſte prodigus qui neqꝫ tēpus neqꝫ finem expēſarum habet. Diſtinguo.aut eſt ei interdicta adminiſtratio bonorum ſuorum per iudicem. aut nō.ſi non eſt interdicta ei poteſt ſe obligare & contractus celebrare.dum tamē ꝙ nō habeat aliud impedimentū. Dubitabatur tamen ꝙ nō poſſet preſumendo forſan ꝙ eſſet ſibi interdicta adminiſtratio bonorum a lege & ſine iudice aliquo ſicut i furioſo.ut.ſ.dixi. & ideo uidebat non poſſe ſe obligare. Sed contra eſt in caſu iſto ut modo dixi. Si autē interdicta eſt ei adminiſtratio ꝑ iudicē. tūc aut

UVA. BHSC. IyR_072

uult ſe aliis obligare.uel aliquid de ſuo
alienare & non poteſt.aut uult ſibi ſtipu
lari & alios ſibi obligare & bene poteſt.
quod eſt notabile.& ſic quantum ad hoc
eſt ſimilis pupillo.ut hec probantur .ff.
de uerbo. obligatio.l. cui. Item extra
litteram no.ꝙ iſtis prodigis datur cura-
tor interdictione facta & ordinat lex eis
quoſdam cura.ſcilicet agnatos proximio
res.& deficientibus agnatis.uel non exi-
ſtentibus aliquibus in teſtamento ordi-
natis.iudex habet dare curatorem.ut in-
ſti.de cura.§.furioſi.& uidentur iſti eſſe
prodigi ſub cura agnotorum ſuorum in
terdictione facta.ut.ff.de curat. furio.l.
i.no. Item etiam dantur cur. furioſis
a lege ſcilicet agnati proximiores.& ſunt
ſtatim cura.poſt furorem non expecta-
ta aliqua interdictione facienda furioſo.
nam ſtatim adueniente furore eſt ipſo iu
re interdictum furioſo. Item etiaꝫ a iu
dice datur curat.furioſo.ut prealleg.ff.
de cura.furi.& inſtitu.de cura.§.furio-
ſi. Et intelligas ꝙ iſtis perſonis dantur
cura.ratione furoris uel prodigalitatis ſi
ſunt maiores.xxv.an.nam ſi eſſent mino
res tunc ratione etatis potius q̃ furoris
daretur curator.ut.C.de curato. furio-
ſi.l.i.

Hereticus.rubrica.

Irca.§.iuſtum duo ſunt uiden-
da.Primo quis ſit hereticus. Se
cundo an poſſit hereticus cõtra
here. De primo dicit do.Azo.in ſum-
ma ſua.Hereticus eſt qui leui argumen-
to a iudice catholice religionis & tramit
te detentus fuerit deuiare.ut.C.de here-
ti.& mathe.l.ii.in fi.uel qui non eſt mé-
brum ſancte catholice eccleſie.uel qui ẽ
diuerſarum here.ut in auten.de priuile-
dotis.coll.iii.uel non credit quod pre-
dicant ſancta quattuor euangelia.C. de
here.l.quecunq;. Viſo de primo uidẽ
dum eſt de ſecundo ſcilicet an poſſint cõ
trahere heretici.ad quod ſciendum eſt
ꝙ quidam ſunt peſſimi heretici.& in ma
ximo errore conſtituti ut ſunt manichei
donatiſte.& quidam alii perfidiſſimi.ut.
C.de here.& mathe.l.quoniam.&.l. qui
cunq; quibus omnibus legittimus actuſ
eſt interdictus.ut preallega.l.dicitur.Et
cum aliis hominibus nihil ex legibꝰ uel
moribus cõmune habent. hi enim neq;
pactum neq; contractum facere poſſũt.
non enim uendere poſſunt nec emere ne
q; donare.neq; alio quoq; titulo recipe-
re nec teſtamentum facere poſſunt. nec
ex teſtamento alterius aliquid caperẽ poſ
ſunt.ut predictis.l.appro.Porro ſcien-
dum eſt hereticos omnes infames eſſe ꝑ
auten.gazatores patarenos.& per autẽ.
credentes.& ideo repellendi ſunt a teſti-
monio quia infames repelluntur a teſti-
moniis.ut.ff.de teſti.l.iii.&.l.ob cauſã.
Et ſic ſm dominum meum eſt hodie cor
rectum qd' dici conſueuit.ſ̃. de iudiciis
in rubr.de tut.ibi enim dicitur ꝙ here-
tici in cõtractibus poſſunt ferre teſtimo
nium.ſed in iudiciis non.erit enim hodie
tale dictum correctum cũ ipſo iure ſint
infames per predictam auten.gazatores
& ideo nec in iudiciis nec in contracti-
bus hodie ferent teſtimonium. Item
ſcias ꝙ heretici accuſari poſſunt de here
ſi.ut patiantur penam deportationis. ſi
ſeruent hereſim. Si autem doceant il-
lam mortem patiantur.qui autem dicũt
eam in decem libr. auri damnentur.
Et ſi conuenerint in templum. damnen-
tur ad mortẽ ut.C.đ heretic.& manich.
l.quicunq;.§. nemo. &.C.de paga.l.i.
Item non ſunt creandi miniſtri eccle-
ſie.nec priuilegiis aliquibus gaudeant.
nec ad regimen reipublice eligi debent
ut.C.de manich.& heret.l.curiales.&.l.
omnes.&.C.de iudeis.&.l.ultima.

De apoſtotis.Rubrica.

Cce alia perſona que ratione
delicti prohibetur contrahe-
re ſcilicet apoſtota. Et circa
quam primo uidendum eſt qui ſint apo
ſtate. Equidem apoſtate ſunt qui no-
mine chriſtianitatis inducti ſacrificia po
ſtea fecerunt uel facienda mandauerunt

UVA. BHSC. IyR_072

fidem polluendo.quã deo dedicauerũt.
proditionem diuini miniſterii i propha
na migrando cum eni eſſet de fide xp̃ia/
na ad perfidiam iudaicam uel paganam
tranſierunt & probantur.C.de apoſt.l.
iii.&.l.apoſtatorum. Viſo ergo q̃ ſint
apoſtate dicendum eſt de penis eorum.
Et interdicitur eis poteſtas contrahendi
& teſtandi. non enim donare nec teſta/
mentum facere poſſunt. nec teſtimoniũ
dicere nec ex teſtamento alterius capere
nec in ſtatum priſtinum reuertuntur.
etiam acta penitentia.ꝙ eſt q̃tum ad ui/
tandam indignationem imperatoris. nõ
quo ad deum uel ad eccleſiam.que eccle
ſia germina non claudit redeũtibus. ut.
C.de ſum.trini.& fid.catho.l.ult. Por
ro & de ciuitatibus eiciendi eſſent apo/
ſtate.etiam ſi laici ſunt.niſi quia uiſum eſ
ſe fuit pene maioris inter homines uerſa
ri.Et hominum carere ſuffragiis.ut.C.đ
apoſta.l.hii qui.Si autem clerici ſunt ex
pelluntur de ciuitatibus. ut.C.de ſum.
tri.l.ii.&.C.de apo.l.fi. Vltimo extra
litteram ſciendum eſt ꝙ qui ingreditur
monaſterium & de relinquit monaſteri
um apoſtata dicitur per ſimilitudinem.
quia quoddãmodo fidem religionis quã
promiſerat deſeruit de quo notare habeſ
ꝙ res quas habebat tempore ĩtroitus pe
nes monaſterium remanere debent ſi de
iure tenuit ingreſſus & ſi res aliquas acq
rat poſtq̃ monaſterium derelinquit etiã
ad monaſterium ſpectant.Si autem igreſ
ſus non tenuit ab inicio quid tunc de bo
nis eſſe debeat. dic ut. ĵ. quib.mod. re.
do.nob.acqui.in.§.item monacatione.
Item & derelinquens monaſterium ab
epiſcopo & a iudice loci ad monaſteriuꝫ
reduci debet. & etiam abbates poſſent
eum petere & recuperare rei uendicatio
ne adiecta cauſa đ iure canonico.ut hec
probantur in autenti.de ſanctiſſi.epi.§.
ſi quis monachus derelinquit.&.ff.đ rei
uendica.l.i. & non poteſt monachus in
monaſterio profeſſus ſe obligare nec te
ſtamentum facere cum pro mortuo re/
putetur & cum propria habere non poſ
ſit.ut.C.de ſacro ſan.ecle.auten. ingreſ/
ſi.&.C.de epiſco.& cle.l.deo nobis.§.i.
Iudei autem non repelluntur de ciui
tatibus.imo ſynagoga permittitur eis ha
bere religionis cauſa ueterẽ fulcire non
autem nouam fabricare.& in ea uetan/
tur xp̃iani intrare.ut.C.de iude.l.ulti.§
id.&.l.in ſynagoga. Item permittitur
iudeis contrahere ſuper rebus ſuis pro
uoluntate ſua ſicut xp̃iani faciunt.Iuſtũ
eſt enim ſua cuiq; committi.ut.C. de iu/
de.l. nemo.nec permittitur chriſtianis
ſeruire in iudeos etiam ſi ſceleribus im/
pliciti ſunt. Nam idcirco iudiciorum ui
gor iuriſq; publici tutela uidetur in me/
dio conſtituta ne quiſq̃ ſibi ipſi ſumere
ualeat ultionem.ut.C.de iude.l.nullus.
Item permittitur iudeis agere & con/
ueniri apud iudices noſtros ordinarios
non apud ſeniores eorum.ut.C. đ iude.
l.iudei.In die ſabbati tamen non debent
iudei conueniri.quia ſui cultus reueren
tiam ſeruant. & ita econtrario chriſtia/
nos non conuenire in tali die.ut.C.de iu
de.l.die ſabbati.collegio tamen uel uni/
uerſitati iudeorum legari non poſſet.ut.
C.de iude.l.i.ſed ſingulis iudeis ſic.ut.ff
de rebus dubiis.l.cum ſenatus. Item
nota ꝙ adminiſtrationes & honores iu/
deis interdicuntur. ut.C. de iude.l.ulti.

De committente crimen leſe maie/
ſtatis.

Ec eſt quarta perſona que pro/
hibetur ratione delicti contrahe
re Circa quam ſciendum eſt.
Primo quis dicatur committere cri/
men leſe maieſtatis. Secundo que ſint
pene eius. De primo ſcias ꝙ ubicunq;
quis contra urbem aliquid molitur com
mittere ipſe tenetur hoc crimine. item &
qui iuuat hoſtes armis uel alio modo.
Item qui ſeditionem uel tumultum in ci
uitate ſcilicet romana per excellentiam
facit tenetur crimine leſe maieſtatis. Si
in alia ciuitate ſeditionem uel tumultum
faciat penam mortis ſuſtinere debet. ut.
C.de ſeditioſis.l.i.&.ii. Item qui procu/
rat ꝙ imperator occidatur uel manatus



UVA. BHSC. IyR_072

uel qui circa latus Imperatoris militant
in militia armata uel inermi. Item & qui
arma ſumit uel loca occupat contra rem
publicam crimine leſe maieſtatis tene-
tur. ut. ff. ad. l. iul. maieſt. l. ii. iii. & . iiii.

Secundo notandum eſt ꝙ qui crimen
leſe maieſtatis commiſit gladio puniri d̄
bet & ab omnib⁹ accuſari poteſt. & mul
tis aliis modis committitur crimen leſe
maieſtatis. & poſt mortem eius accuſatio
poteſt inſtitui. & bona eius ab heredib⁹
auferuntur ut nota. in inſtitutio. de pu-
bli. iudic. §. publica autem iudicia. in gl.
porro. ex quo tale delictum commiſe-
runt aliqui licet adhuc damnati fuerint
per ſententiam. neq; contrahere neq; ali-
quid alienare poterunt. non enim dona-
tio neq; emancipatio neq; manumiſſio
poſt tale crimen commiſſum ualebit. ut.
C. ad. l. iuli. maie. l. q̄ſquis. & . l. fi. In aliis
autem criminibus contrarium eſt nam ī
aliis criminibus ſiue donatio ſimplex &
inter uiuos fiat ante commiſſa crimina
ſiue poſt. dum tamen ante condemnatio
nem ualet. ut. ff. de dolo. l. poſt contra-
ctum. Si autem poſt condemnationem
fieret donatio tunc non ualeret. ut pre-
dicta. l. poſt contractum. in fi. l. Seru⁹
autem eſt in donatione cauſa mortis fa-
cta que ſiue fiat ante reatum ſiue poſt
non ualet. ut. ff. de dona. cauſa mortis. l.
ſi quis. In donatione autem inter coniu-
ges facta ſeruatur diſtinctio. l. poſite in.
C. de donatio. inter uirum & uxorem. l.
res uxoris. quaꝫ non dico breuitatis cau
ſa. Sed ibi per te plene poſſes de materia
iſta uidere. predictis itaq; quattuor per-
ſonis interdicitur a lege commertiū con
trahendi id eſt facultas propter delicta
ſua ut in qualibet per ſe uidere potui
ſti.

An mulier contrahere poſſit.
Rubrica.

Ictum & determi natum eſt ſu-
pra de. xiii. perſonis que prohi-
bentur contrahere ſicut a prin-
cipio promiſerat auctor noſter dicere. &
ammodo deberet imponi finis rubrice.
Sed anteq̄ finem imponat uult tractare
de muliere. non quia mulier ſit de illis ꝑ
ſonis que non poſſunt ſe obligare. quia
ipſa ſuo nomine poteſt omnes contract⁹
regulariter celebrare. ut. j̄. patebit. nec
ratione ſexus prohibetur contraher̄. ſed
quia in quodam caſu mulier iuuatur ſci
licet in fideiuſſione & efficaciter non te-
netur. & hic tractabatur de perſonis que
efficaciter ſe obligare non poſſunt. ideo
incidenter de muliere hic tractare uo-
luit. Queritur ergo an mulier poſſit
contrahere. Ad quod diſtinguendum eſt
quia aut uult contrahere cum extraneo
aut cū marito ſuo. Et primo uidenduꝫ ē
an cum extraneo poſſit contrahere. Secū
do an marito. Sciendum eſt igitur pri-
mo ꝙ mulier cum extraneo regulariter
omnes contractus facere poteſt quia nō
reperitur prohibita. Et omnia uidentur
conceſſa que non ſunt prohibita. ut. ff.
qui. de cau. ma. in integ. reſtitu. l. nec nō
§. ꝙ eis. niſi haberet impedimentum ali-
quod de ſuperioribus ut quia furioſa uel
mentecapta. uel aliud ſimile impedimen-
tum. quia tunc quod notatum eſt ſupra
in maſculo idem in femina eſt ſeruabis
non ergo ratione ſexus i deſt quia femi-
na eſt prohibetur contrahere. nam licet
dicatur ꝙ in multis iuris articulis eſt de
terior conditio feminarum q̄ maſculorū
non tamen q̄tum ad contrahendum &
ſe obligandum & ſtipulandum niſi in ca
ſibus uelleiani. ut. j̄. dicam. Vnde uendi
tiones locationes. donationes. & omnes
contractus cum extraneo celebrare po
teſt. nec exigitur conſenſus mariti. nihil
enim q̄tum ad ſe obligandum & contra-
hendum habet facere cum marito. nec ī
eius poteſtate eſt tempore matrimonii. ī
mo ſui iuris eſt. uel ſi habet patrē in pa-
tris poteſtate eſt uel aui paterni. ut. C. de
conditio. inſer. l. ſi uxorem. Et inſtitut.
ad tertulia. §. primo in fine. Operari ta-
men marito & in eius ſeruitio eſſe debet
ut. ff. de oper. liber. l. ſicut. nec creden-
dum eſt ꝙ ſi uxor alicuius obliget ſe ali
cui extraneo. ꝙ ideo maritus uel res eius

UVA. BHSC. IyR_072

obligentur & teneantur ad hec.ut.C.
nec uxor pro marito.l.pe.ſic ergo muli
er cum extraneo optime obligatur & cũ
effectu tenetur & res ſuas quas habꝫ uel
ex teſtamento uel ab inteſtato uel ex ſuc
ceſſione patris uel undecunq; efficaciter
obligare poteſt. Poſita regula & de
clarata ſciendum eſt ꝙ regula fallit in
contractu fideiuſſionis quem femina cũ
extraneo facere non poteſt unde ſi Pe.
mutuo pecuniam accipiat. uel aliũm cõ
tractum faciat.& femina quedam pro eo
fideiubeat non tenetur cum effectu de fi
deiuſſione femina illa. quia iuuatur be
neficio uelleiani ſe.con.quod ſic appella
tum eſt.quia tempore uelleiani introdu
ctum fuit.ut.ff.ad uellei.l.i.&.ii.&.C.e.
l.i.Et eſt ratio quia in fideiuſſione femi
nis ſuccurritur.quia ipſe prompte erant
ad intercedendum non credẽtes ex hoc
ſentire iacturam ſed contrarium erat q̄a
qui recipit mandatum de fideiubendo ui
detur recipere & deſoluendo.ut.ff.de cõ
di.inde.l.indebitam.& ſic oportebat eas
intercedentes plerũq; pro alio ſoluere.
& de hoc ſuſtinebant periculum & dan
num rei familiaris.& propterea prouiſũ
fuit per uelleianum ꝙ de fideiuſſione nõ
teneantur.ut.ff.ad uelleia.l.i. Igitur
ſi ipſa femina fideiubeat pro aliquo iuua
tur hoc beneficio.Item ſi mandato mu
lieris aliquis fideiubeat pro aliquo ami
co mulieris apud creditorem ſcientem
mulierem hoc mandaſſe.& mulieri & fi
deiubenti ad mandatum eius competit
hoc beneficium. Sed ſi creditor ignora
bat iſtum intercedere ad mandatum mu
lieris tunc non ſubuenitur mulieri con
tra creditorem hoc beneficio uelleiani.
ut.ff.ad uell.l.fideiuſſores.&.l.ꝙ̄ quam.

Item ſuccurritur mulieri hoc ſenatuſ
conſultu ubi nullius obligationem ſu
ſcepit ſed fraude exacta a creditore qui
cum alio erat cõtracturus & mulierẽ in
fideiutricem concepturus obligauit ſe
mulier principaliter creditori.& maſcu
lus pro ea interceſſit. Sed & ubi nullo
modo fuit obligatio ſuccurritur mulieri
per uellei.utputa ſi rem uel ſubſtantiam
ſuam pro alio obligauerit. uel obliganti
conſenſerit.Secus ſi taceret alio obligan
te rem ſuam.uolens decipere creditorẽ.
ut iſta probantur.ff.ad uellei.l. quam
uis.§.ſi cum eſſẽ.&.l.uir uxori.§.ſi mu
lier.&.C.e.l.ſi ſiue. Habet itaq; locũ
hoc beneficium uelleiani.cum mulier ſu
ſcipit alienam obligationem uel partici
pando eam.ſ.mandando.fideiubendo.
conſtituendo.& cauſam in ſe tranferrẽ
do.ſ.permutando nouandi animo quod
aliis debet.uel ſi iudicium in ſe ſuſcipiat
animo nouandi defendendo alium.ut.
C.ad uelle.l.i.&.l.iiii.&.ff.eo.l.ii.§.om
nis.qualiter fiat mandatum & conſtitu
tum & nouatio cauſa breuitatis omitto.
Sed fallit in caſibus multis in quib⁹ mu
lier de fideiuſſione tenetur & ceſſat hic
ſe.con.quos littera hic ponit & pone ſic
caſum in iſto.§.qui incipit.Primus eſt ſi
mulier ꝛc.habebam ſeruum qui affecta
bat manumitti ego uolui eum manumit
tere & ipſe mihi daret.C. uel & mulier fi
deiuſſit pro eo uel ipſa tantum princi
paliter iſta.C.pro ſeruo ꝓmiſit poſtmo
dum manumitto ſeruum & peto pecuni
am a muliere.& mulier allegat uelleia
num & certe non audit̃ fauore liberta
tis.Satis enim durum & pietatis rationi
contrarium eſſet dominum ſerui qui mu
lieri credidit & libertatem ſeruo impo
nere & ſuum famulum perdere & ea nõ
accipere propter que ad huiuſmodi ue
nit libertatem.ut.C.ad uellei.l.penulti.

In ſecundo.§.qui incipit.ſecundus ca
ſus eſt.ꝛc.Et ſic caſum pono. Contraxi
matrimonium cum quadam muliere &
quedam alia promiſit mihi dotẽ pro ea.
peto ab ea dotem quam mihi promiſit
pro uxore mea. ipſa uult opponere mi
hi uellei.certe non poteſt.& hoc fauore
dotis iudicatum eſt. neq; enim ferendũ
eſt quaſi caſu fortuito interueniente mu
lierem fieri indotatam ut ſic ob hoc a ui
ro forſan repellatur.ut.C.ad uellei.l.fi.
Vnde nota ꝙ mulier poteſt fideiuſſionẽ
dare marito pro dote ſibi ſoluẽda & ma
ſculum & feminam ſecus econtra ſi ma
ritus uelit dare uxori fideiuſſorem pro



UVA. BHSC. IyR_072

dote reſtituenda uel conſeruanda . quia
non poteſt maſculum uel feminam .ut.
C.ne fide.do.dentur.l.i.&.ii . Tertius
caſus eſt talis ubi ceſſat uelle.contrahe/
bam cum aliquo qui mulierem in fideiu
tricem dare uolebat ego creditor cogi/
tans ꝙ beneficium uelleianem habebat
mulier noluit eam accipere niſi huic uel
leiano renunciaret. ita ꝙ ipſa beneficio
uelleiano renunciauit poſtea uult oppo
nere mihi uelleianum certe non poteſt
quantum ad iſtum contractum in quo
renunciauit quia huic beneficio bene re
nunciatur.ut.ff.ad uelle.l. ulti.§.pe. eſt
enim fauore mulieris introductum iſtud
beneficium.& ideo ei renunciare poteſt
per iſtam regulam iuris dicentem. licet
unicuiqꝫ renunciare iuribus que pro ſe
introducta ſunt.ut.C.de pac.l.pe. Va
let utiqꝫ hec renunciatio cum mulier ſcie
bat ſe tutam puta certiorata a contrahen
te uel aliunde nouit contractum ſi non
ſciuit.& ſe.con.renunciauit uel omni le/
gali auxilio nihilominus erit tuta . quia
generalis renunciatio. ad hoc quia ipſa
ne ſciuit uel non cognouit non trahitur
ut.ff.de tranſ.l.c.acquil. & ideo cautus
tabellio ſemper certificet mulierem fide/
iubentem ꝙ ipſa non tenetur de fideiuſ/
ſione.quia uelleianum iuuat eam . ſed ſi
ipſa renunciet illi beneficio & ſciat ſe te/
neri & tunc ualet renũciatio ut ſupra di/
ctum eſt.ſed do.Ac.querit.ff.ad uelle.l.
ſi.in glo.ibi poſita.ſi inſtrumento dicat̃
renuncians uellei.& omni alio auxilio.
an preſumatur certificata eoipſo ꝙ ẽ ibi
renuncians ⁊c.& arg.ꝙ uideatur certifi/
cata eo ꝙ eſt ibi renunciauit.licet nõ di/
catur in inſtrumento certificata . Et tali
ratione quia in inſtrumento omnia pre/
ſumuntur ſolenniter acta.eo ꝙ inſtru/
menta a diſcretis & peritis conficiuntur
& ideo non eſt preſumendum ꝙ ipſi nõ
certificarent.ut ar.inſti.de fideiuſ.§.fin.
& inſtitu.de inuti.ſtipulatio.§.ſi ſcriptũ
ſed ipſe Azo.uidetur ſentire contrarium
in hoc caſu.quia iſtud beneficium non
eſt reſtringendum.ar.ff.de libe.& poſt.
l.cum quidam. Quartus caſus eſt ta/
lis contraxi cum aliquo pro quo mulier
quedam interceſſit & iſta mulier pecuni
am uel rem aliam pro fideiuſſione quam
faciebat accepit creditor agit cõtra eam
pro fideiuſſione quam fecit.ipa opponit
uelle.queritur an poſſit.Et reſpondetur
ꝙ non ſit creditor probet eam pecuniã
uel rem aliquam accepiſſe .& ſi ipſe non
probaret hoc uelleiana mulieri compe/
teret.actus tamen haberet creditor con/
tra eum pro quo mulier fideiuſſit.ut.C.
ad uellei.l.antique no. Quintus cãus
eſt ubi ceſſat uelle.ſi uoluit decipere cre
ditorem in quo ſcias ꝙ ſi contraho cum
aliquo.& femina fideiubeat pro eo ſciẽs
ſe non teneri propter uellei.cum credi/
tor ignoraret.uel ſi animo decipiẽdi cre
ditorem fideiuſſit forte aſſumendo ſibi
ueſtem uirilem.ipſa perdit uellei.& tene
tur cum effectu de fideiuſſione .ut.ff.ad
uellei.l.ſi decipiendi.Et eſt ratõ quia fra
gilitati mulierum & non callidi tati per
uel eia ſuccurritur.ait enim lex deceptis
& non decipientibus iura ſubueniunt.
ut.ff.ad uelle.l.ii.§.uerba. itaqꝫ.& circa
hoc ſic diſtinguas. quia aut ignorabant
ambo đ beneficio uelleiani.ſ.creditor &
femina. & tunc mulieri competit uellleia
na.Aut mulier ignorat & creditor ſcit.&
ei mulieri etiam competit uellei. ut.ff.ad
uell.l.uir uxori.Aut ambo ſciunt & mu
lieri dabitur adhuc beneficium uellei.li
cet quidam dicant hoc caſu mulierẽ nõ
iuuari.quia uoluit decipere. quod non
eſt uerum.quia creditor non uidetur eẽ
deceptus qui ſciuit ut.ff.de actio.empt.
l.i.in ſi.Aut femina tantum ſciuit uelle.
ſibi competer̃ & creditor ignorat.& iſto
caſu ceſſat uellei.nec mulieri ſubueniet̃
ut.ff.ad uelleia.l.ſi decipiendi. Sextuſ
caſus eſt ubi ceſſat uelleianum ſi mulier
interceſſit.aut pignus aut fideiuſſorem
dedit ⁊c.In iſto.§.ita ponitur caſus.Qui
dam accepit decez mutuo a.P.& mulier
quedam fideiuſſit pro eo & ſtetit in tali
fideiuſſione per duos annos numeran/
dos a prima cautione tranſactis duobus
annis creditor petebat pecunium a de/
bitore.& cum debitor non poſſet com/

UVA. BHSC. IyR_072

mode ſoluere. mulier predicta ſe iterim ad idem debitum obligauit. uel pignus uel fideiuſſores dedit. poſtmodum uult opponere uellei. contra creditorem petentem pecuniam ab ea ex tali fideiuſſione certe legitur hic ꝙ nõ poterit iſto caſu opponere uellei. Et eſt ratio quia ſibi debet imputare ſi ultro firmauit ꝙ ſepius cogitare & euitare potuit. uidetur eni & ut in littera plene dicitur & probatur iſte caſus. C. ad uelleia. l. ſi mulier. Et nota ꝙ duo ſunt neceſſaria iſto caſu ut ceſſet uellei. ſ. primo ꝙ curreret bienniũ ſi enim infra biennium iterum ſe obligaret ad idem debitũ non noceret ſibi. qa ex conſequentia ſue fragilitatis in ſecundam uidetur incidiſſe iacturam. Sed eſt etiam neceſſarium. ſ. tranſacto biennio iterum ad idem debitum ſe obliget. Si enim tranſiret biennium & triennium & non eſſet ſecunda cautio nunq̃ preiudicaret ſibi mulieri. Et nota ꝙ due cõfeſſiones plus operantur q̃ una. ut prealleg. l. ſimiliter. &. C. de pl. pet. l. i. In littera ergo noſtra ſunt ſex caſus in quibus mulier cum effectu tenetur nec habet uellei. Et ſunt hic uerſus cõprehendentes iſtos ſex caſus. Sed etiam extra litteram poſſunt addi caſus ĩ quibꝰ uelle. ceſſat quos. G. D. R. & Ac. in ſuis glo. notauerunt.

Primus ſimiliter in rem ſuam fideiubeat. ut ſi pro creditore ſuo aliquid fideiuſſit. uel ſi eum defendat. cui aliquid uẽdidit. qui habiturus regreſſum eſſet contra eam. nam tunc uell. ceſſat quia non ꝓ alio intendit. ſed pro ſuo facto. ut. C. ad uellei. l. ii. &. ff. eo. l. ſed ſi eam. Idem eſt etiam ſi ſucceſſit ei pro quo fideiuſſit. nã tunc ceſſabit uellei. ut. ff. ad uelle. l. quãuis. §. prolem. poteſt addi nonus caſus ubi ceſſat uelleiãum. Vt ſimiliter que fideiuſſit pro me in. x. ſoluit predicta. x. Nam ſi conueniatur ex fideiuſſione hoc caſu non opponet uellei. ut. ff. ad uellei. l. ſimiliter contra ſe. con. Item ceſſat ſe. con. & uel. ubi mulier non obligata ꝓ creditore extraneo ſoluit creditori eius donat enim tunc. & in donatione nõ ſubuenitur ei. quia raro donat femina imo ad donandam erat potius calcaribus impellenda quam freno temperanda. Eſt genus mulierum auariſſimum. facile autem mulier pro alio ſe obligat. & ideo in fideiuſſione ſubuenitur ei non autem in donatione. ut. ff. ad uelleia. ſed ſi ergo. in fi. &. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. ſi ſtipulata. poſuit & alios plures caſus in q̃bus ceſſat uelleia. in ſua ſumma do. Azo. quos ad preſens prolixitatem timens recitare non audeo. Item ſciendum eſt ꝙ iſtud beneficium datur heredibus mulieris & opponi poteſt ante ſententiam & poſt. ut. C. ad uelleia. l. heredes. &. ff. e. l. tam. & ſi mulier que fideiuſſit pro aliquo ſoluerit credens ſe teneri repetit ſolutum. Si autem ſciebat ſe tutam & ex certa ſcientia ſoluit donare uidetur. ut. ff de condi. inde. l. qui excepti. &. l. i. Extra litteram notare potes ꝙ dominus. Mar. uoluit dicere ꝙ hodie ipſo iure nõ tenetur mulier de fideiuſſione etiam ſi in rem ſuam fideiubet. uel pro dote mulieris uel pro libertate ſerui niſi intercedat in inſtrumento publico cõfecto & a tribus teſtibus ſubſcripto tunc in illis caſibus in quibus olim tenebatur. & uellei. non habebat utputa in rem ſuam uel ꝓ dote alterius mulieris intercedebat. & hodie tenebatur in illis autem ubi olim tenebatur ſed uellei. eam excuſabat hodie non ipſo iure ſed per exceptionem uelleiani. & ita intelligebat. C. ad uellei. l. antique. §. autem. do. autem Azo. B. & Acur. dicunt ꝙ in illis caſibus in quibꝰ olim tenebatur. nec uelle. habebat ut ſi in rem ſuam uel pro libertate uel pro dote interceſſit & ſimilibus quos habuiſti ſupra in. §. ſed fallit. tenetur etiam hodie nec uelleia. habet quantuncũq; nõ obligauit ſe in inſtrumento publice confecto a tribus teſtibus ſubſcripto. in illis autem caſibus in quibus olim iuuabatur per uelleia. hodie ipſo iure iuuatur exquo non intercedit pro alio in inſtrumento publice confecto & a tribus teſtibus ſubſcripto. Si autem intercederet in inſtrumẽto publice cõfecto & a tribꝰ teſtibus ſubſcripto. tunc ſeruantur iura q̃



UVA. BHSC. IyR_072

cauta ſupra de interceſſionibus feminarum ſcilicet ꝙ per uell. iuuetur cum illa ipſi intelligunt preallega. l. antique. §. ne autem. Viſo an cum extraneo mulier poſſit contrahere. Sequitur tractare ſecundo loco an cum marito contraherẽ poſſit. Circa quod notare hẽs. ꝙ regulariter omnes contractus ad inuicem celebrare poſſunt maritus & uxor uenditiones loca. permu. & alios cõtractus dummodo ueri ſint contractus & nõ ficticii. nam ſi probarentur ficticii. quia cũ maritus uelit donare uxori & ſciret ſe non poſſe. finxit ſe uendere donationis cauſa ei precium remittens non ualerent tales ficticii contractus. ut. ff. đ dona. inter uirum & ux. l. ſi ſpõſus. §. circa quomodo autem ſe conueniant ad inuicem maritus & uxor utrum inſolidum an inquantum facere poſſunt. dic ut no. infra in ti. de renunci. §. beneficium. ut quis condemnetur. A regula aũt ſupra dicta ſcilicꝫ ꝙ uxor cum marito omnes contractus poteſt celebrare dũ ueri ſint. excipitur ꝯtractus donationis inter uiuos quã donationem facere nõ poſſunt ad inuicẽ maritus & uxor. Et ad hoc inueſtigandũ ſcire habes ꝙ multe ſunt donationes. eſt quedã donatio enim que dicitur cã mortis. & ẽ iſta donatio cauſa mortis ultima uoluntas quedam. ut no. s̄. in. viii. ca. ſũme noſtre i ſi. ca. & de natura eius ibi plene notatum inuenies. & talem donationem maritus uxori poteſt facere. & uxor marito quia in hoc tpe excurrit donationis euẽtus quo uir & uxor deſinunt eſſe ſed interim non ſtatim fiunt res eius cui donate ſunt. ſed tunc demum cum mors fuerit iſecuta medio igitur tempore dominium remanet apud eum qui donauit. ut. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. ſi eum. §. ulti. & qui. & . l. ſed interim. Eſt & alia donatio que dicitur legatũ. nam legatũ eſt donatio quedam a dſuncto relicta & ab herede preſtanda. ut. ff. de leg. ii. l. legatum eſt. & de eius natura plene inuenies notatum in. viii. cap. de ultimis uoluntatibus in rubrica de leg. & fideicõ. & talem donationem maritus & uxor ad inuicem facere poſſunt. ut. C. de leg. l. cum alienam. Sunt & alie tres donationes que nõ cauſa mortis fiunt ſed inter uiuos ob cauſam matrimonii tñ fiunt. prima eſt dos. nam dos eſt donatio q̄dam. Vnde in greco dõatio dicitᷣ ferna. & ferna idẽ eſt qđ donatio. ob cauſam tamẽ matrimonii fit & nõ ſimpliciter ut dixi. & de natura eius inuenies notatum in ſecundo. §. de dotibus. Et talis donatio uel dos conſtituitᷣ a muliere uiro & ante matrimoniũ & poſt & omni tempore. ut plene nota. in ſecundo capitulo ſumme noſtre in inſtrumento augmenti dotis. Eſt & ſecunda donatio que ſit ob hanc cauſam matrimonii. ſcilicet donatio propter nuptias. quaꝫ facit maritus uxori in contrarium dotis. & de natura eius habes in inſtrumento donationis propter nuptias. & talis fieri poteſt indubitãter a marito uxori. ut. C. de donat. an. nup. auten. dos data. Eſt & tertia donatio que fit ob cauſam ſcilicet ſponſalicia largitas quam facit ſponſus ſponſe & econuerſo. Et de natura eius habes notatum in predicto inſtrumento ꝑpter nuptias poſito ſecundo capitulo. ſũme noſtre. & talis donatio celebrari poteſt inter ſponſos. ut ibi nota. Sic ergo habes quinque donationes que celebrari poſſunt inter coniuges. Eſt & una donatio que dicitur ſimplex & inter uiuos. & dicitur inter uiuos. quia non fit cõſideratione mortis. & ſimplex ideo dicitur quia ſine cauſa fit. ex ſola enim libertate animi procedit. & iſta eſt illa que eſt prohibita inter uirum & uxorem. Vnde maritus uxori & uxor marito donationem talem facere prohibentur. Et eſt ratione nimio amore inuicem ſpoliarentur donationibus non obtemperantes. & ita futurum eſſet ut in paupertatem melior incideret. & deterior ditior fieret. ut hoc probatur. ff. de donatio. inter ui. & uxo. l. i. ii. & . iii. Nec ſolum inter coniuges ꝓhibita eſt donatio ſed inter eos qui coniuges aliquo modo per poteſtatem contingunt. quod tribus modis contingit. ſ. ꝙ unus coniugum eſt in poteſtate tua. uel quia tu es in poteſtate ſua. Vel

UVA. BHSC. IyR_072

quia tu & ipſe eſtis in poteſtate eiuſdem
uel quia tu & ipſe habetis in poteſtate
coniuges . & ita duo conſoceri inuicem
ſibi donare non poſſunt . ſi ergo aliquo
iſtorum modorum alicuius maritū con
tingo ei cuius maritum contingo dona-
re non poſſum. idem ex parte uxoris. nā
qui eam aliquo predictorum modorum
contingit marito eius donare nō poteſt.
nullo uero iſtorum modorum interue-
niente donatio non impeditur. ut in ſo-
cru & nurū inuicem ſibi donantibus di-
citur. Item qui contingit per poteſtatem
inuicem coniuges ſibi donare nō poſ-
ſunt. ergo ſm hoc uxor non donabit fi-
lio fa. mariti. quia patri queritur ꝑ filiū
uel plena proprietas olim uel hodie ſal-
tem uſufructus. ut ita occaſiōe illius uſu
fructus q obueniret patri īpediatur trāſ
latio proprietatis in filium . uel dic ho-
die tenere donationem quantum ad pro
prietatem nudam que filio queritur nō
tamen quantum . ad uſumfructum . ſm
do. Az. ut in ſumma ſua de donatione in
ter uirum & uxorem. in. §. item qui con
tiguit. ſed ſm. do. Acur . non tenet cum
adhuc remaneat ratione nimio amore ꝛc
ut. ff. de donati. inter ui. & uxor. l. i. & . ii.
& . C. eo. l. ſi conſtante. ſi tamen filiofam.
meo eunti ad caſtra uxor mea donaue-
rit plena proprietas queritur filio . & iō
ualet donatio. ſicut econtra ſi ipſe de ca-
ſtrenſi peculio ſuo donauerit uxori mee
donatio ualet quia in caſtrenſi peculio
haberetur pro paterfa. & per hoc. ff. de
dona. inter uirum & ux. l. iii. §. qui ī eiuſ-
dem. & . C. eo. l. inter eos. Et eſt ſcienduꝫ
ꝙ illa donatio eſt prohibita inter uirum
& uxor. ex qua fit unus pauperior & al
ter ditior . aliquo aūt iſtorum deficiente
donatio tenet. utputa ſi maritus heres in
ſtitutus donationis cauſa hereditatem re
pudiet ad hoc ꝙ uxor que erat ſibi ſub-
ſtituta . uel que ab inteſtato ſuccedere
debebat illi qui maritum inſtituerat eā
hereditatem haberet. non enim efficitur
propterea pauperior maritus qui repu-
diat. & ideo donatio hoc caſu ualet. ut. ff
de dona. inter ui. & uxo. l. ſi ſponſus. §.

maritus. Item quero ſi maritus dona-
uit pecuniam uxori ad unguenta ſibi pa
randa non uidetur factus pauperior. &
ideo tenet donatio. ut. ff. de donati. inter
ui. & uxo. l. ꝙ autem. §. ſi maritus pecu-
niam. Porro in quibuſdam caſibus ī-
ter ui. & uxo. donationes inter uiuos ſūt
conceſſe & ſi donator fiat pauperior &
accipiens locupletior. Si enim uir uxori
cuius edes incendio conſumpte ſunt ad
refectionem earum & pecuniam dederit
ualet donatio intantum inquantum edi-
ficii conſtructio expoſtulat. ut. ff. de do
nati. inter ui. & uxo. l. ꝙ ſuum . Item
quid ſi uxor ueſtimentis uiri uſa fuerit
uel maritus ueſtimentis uxoris. uel uxor
in domo mariti uel maritus in domo
uxoris gratis habitauerit ualet do natio.
ut. ff. de donati. inter uirum. & uxo . l.
ſi uir. Et in multis aliis caſibus ualet do-
natio inter uirum & uxorem quos bre-
uitatis cauſa omitto. Vltimo ſciendū
eſt ꝙ ſi maritus donat uxori uel uxor
marito reuocatur donatio per ipſum do
natorem in caſibus illis in quibus non
tenuit quatenus donator eſt factus pau-
perior. & accipiens locupletior . ſi ergo
uxor ex pecunia ſibi donata compauit
predium uidetur eſſe locuplex ītantum
quanti eſt predium non tamen ultra ad
id quod donatum eſt. ut. ff. de dona. in-
ter ui. & uxo. l. ꝙ autem. §. idem diuus.
& . l. uxor marito . & ſi pecuniam dona-
uit maritus. & uxor eam ex pendidit ſi q
dem in rem utilem uel neceſſariam locu
plex uidetur eſſe facta ſi autem non in
rem neceſſariam nec utilem non tenetur
ut. ff. de donat. int. ui. & uxo. l. ſed ſi uir.
§. non uidetur. §. ſi maritus. Secus ſi he-
res iſtius mulieris que donum recepit
conſumpſiſſet. quia ſiue in rem neceſſa-
riam ſiue utilem ſiue nec utilem nec ne-
ceſſariam tenent̃ heredes exquo ipſi cō
ſumpſerūt quod eſt notandū. ſecus eſſet
ſi recipiens donū cōſumpſiſſet ut dix. &
ꝑ hoc dicūtur & notātur. ff. ad fal. ꝙ de
bonis. §. ex donat. Et nota ꝙ licet dona-
tōes inter uirū & uxorē nō ualeant ſi ta
men donator p̃deceſſerit & dōationē nō

UVA. BHSC. IyR_072

reuocauerit morte eius donatio confir-
matur & fingitur retro ualuiſſe . ita ut
fructus quos i'de percepit ꝙ donatum
accepit ſuos feciſſe uideatur & rem ſibi
modo habeat .ſi autem premoriatur is
cui donatum fuit non confirmatur imo
tunc tacite reuocatur.ut.C.de donatio.
inter uirum.& uxorem.l.i.&.iii.&.l.do
uationes.&.ff.eo.l. cum hic ſtatus.§.i.
Excipitur etiam a regula ſupradicta ſci-
licet ꝙ uxor cum marito omnes contra-
ctus facere poteſt fideiuſſoria obligatio.
nam uxor pro marito fideiubere nõ po-
teſt .& ſi fideiuſſerit pro eo ipſo iure ſer-
uatur illeſa non per exceptionem uelleia
ni.ut in auten.ut nulli iudi.§.& illud.&
ideo quantum ad hunc caſum ſcilicet
quando pro marito ſe obligat nil opera-
retur renunciatio uelle.quia non com-
petit ei tunc.ſedipſum ius ſeruat ipſam il
leſam.& ideo fruſtra fieret renunciatio
exquo per uelleia.non iuuatur.ſed ut ꝓ
extraneo fideiuberet uel obligaret ſe be-
neficio uellei.ab illa obligatione exími-
tur.& tunc renunciando perdit illud &
cum effectu tenetur. Et ſic renunciatio
bene ibi operatur.& nedum pro marito
fideiubere non poteſt ſed etiam ſimul in
eodem inſtrumento alteri perſone tertie
ſe obligare non poteſt. unde ſi dicatur ĩ
carta Petrus & Berta coniugales promi-
ſerunt tantam quantitatem tali non tene
tur uxor.quia preſumitur ꝙ cauſa fide-
iuſſionis ſe obligata erat . niſi probetur
pecuniam uerſam eſſe in utilitatem mu-
lieris.ut hoc probatur.C.ad uelleia.au-
ten.ſi qua mulier. Vnum autem ſciendũ
eſt ꝙ quando maritus uendit rem aliquã
quam mulier habet obligatam pro dote
ſua & ipſa uelit iuri ypothecarum renun
ciare qď habet in re illa bene poteſt. nec
uidetur fideiubere.quia non pro marito
ſe obligat.ſed ſuum ius remittit.nec etiã
uidetur donare marito quia remiſſio pi-
gnoris non eſt donatio.nihil enim amit
tit.cum ſaluam habeat actionem pro do
te ſua perſonalem.ut probatur.C.ad uel
leia.l.etiam conſtante.ff.que in frau.cre
di.l.ſi pignus.maritus tamen non prohi
betur ſe obligare pro uxore ſua.immo ſi
procu.fideiubeat efficaciter ex fideiuſſio
ne illa conueniri poterit. ut.C.ne uxor
pro mar.l.pe.in fi. Poſtremo ponitur
hic in littera continuatio ſequentis titu.
quam in prin.ſequentis rubrice dicam.
& ideo eam hic dicere non curo.Petrus
de unzola.

## De contractibus inutilibus & actione rerum.Rubrica.

t Ria ſunt ex quibus contra
ctus conſiſtunt ſcilicet ex
perſonis rebus & obligatio
nibus Actum eſt de primo
ut de perſonis. Sequitur
de ſecundo uidere ut de rebus . Verum
quia rerum quedam ſunt utiles ad cõtra-
hendum quedam inutiles.Et ĩutiles pau-
ce ſunt utiles uero multe.nam regulari-
ter omnes utiles ſunt preter quaſdam de
quibus plene uidebis. Ideo de inutili-
bus tanq̃ de paucis tractatur in ti.iſto &
ideo intitulatur ſic. Rubrica de contra-
ctibus inutilibus ꝛc.Anteq̃ ad materiam
principalem deſcendam. Sciendum eſt
quedam res redduntur inutiles ad con-
trahendum ut littera & doctores dicunt
iure prohibente contrahi ſup illis.Que
dam natura inhibente contrahi ſuper il-
lis.Et ideo titulus iſte diuiditur per do-
ctores in partes duas. In prima parte
dicitur de rebus inutilibus ad contrahẽ-
dum iure hoc faciente. In ſecunda que
incipit.in.§.item inutilis eſt contractus.
tractatur de rebus inutilibus ad contra
hendum natura hoc inducente etiã iter
res a iure inductas. Prima eſt prediũ
impuberis ideſt minoris.xiiii.an.de quo
tractabimus in lectione preſenti. Eſt
ergo uidendum an res minoris.xiiii.an.
alienari & in cõtractu deduci poſſit. Ad
qď diſtinguendũ eſt.aut eſt res que ſer-
uãdo ſeruari poteſt.ut domus predia au
rum & argentum mancipia ueſtes pre-
cioſe & omnia mobilia precioſa.q̃ tẽpo-
ris prolixitate non peunt. Aut talis ẽ res

UVA. BHSC. IyR_072

que ſeruando ſeruari non poteſt.utpūtā
poma uinum frumentum. & ille res que
temporis prolixitate corrumpuntur.
Equidem ſi ſint tales res que ſeruan/
do ſeruari poſſunt regula generali pro/
hibent alienari. Vnde regula circa eaſ
dem res eſt hic in littera talis. Res mino
ris prohibita eſt alienatio & obligatio.
Et eſt intelligenda regula large. ut neq;
donari neq; uendi neq; permutari. neq;
modo alio in aliquem tranſferri poſſint.
Item nec alteri obligare poſſunt ut hec
probantur. C. de adminiſtra. tuto l. lex
que. Fallit autem regula in caſu in quo
res impuberis alienari poſſunt. ſc;. ſi in
teruenianteaque de iuris ſolennitate in
teruenire debent. que quidem tria ſunt. ſ.
primo ꝙ fiat alienatio ob cauſam legib⁹
approbatam. ſi ſine cauſa nō ualeret alie
natio. & ſi cum cauſa non tamen a lege
approbata non ualeret ꝛc. Cauſe autē
a lege approbate propter quas res impu
beris alienari poſſunt uidentur eſſe quat
tuor ſcilicet propter es alienum ideſt ſi
pupillus habeat debitum uel feneratici/
um. uel ꝙ creditor uelit ſibi ſolui. Item
propter cauſam dotis a pupillo conſtitu
endum. Item propter donationes pro/
pter nuptias faciendas. Item propter fa/
mem. ar. C. de patribus qui filios detraxe
runt. l. i. &. ii. cum perſone in rebus cun
ctis preponantur. ut. C. de ſacroſan. ecc.
l. ſanccimus. Item propter famē coniun/
ctarum perſonarum. ut. C. de tut. & ra/
tio. diſtrahendis. l. i. §. ſed non nullos.
Et notātur hec omnia de emp. minorū. l
ob es. & de admiſtra. tut. l. lex que. Se
cundum eſt neceſſarium ꝙ tut. auctori/
tates interueniant. ut inſti. de auct. tut. in
prin. Et quomodo & qualiter auctoritas
tutoris interponi debeat in inſtrumento
uenditionis facte de re pupilli in primo
capitulo ſumme noſtre requiras. de hoc
tamen dices plenius prout not. in addi/
tionibus poſitis in inſtrumento uenditio
nis facte a tutore de re pupilli in capit.
primo. Eſt & tercium neceſſariū qa
& ſi legittima cauſa & tutoris auctoritas
interueniet non ſufficit niſi tercium in/
teruenſat ſcilicet auctoritas competentis
iudicis. ut. C. de preſcrip. min. l. obes. &
preal. l. lex que. Et ſi iſta tria interueniāt
ualet & tenet contractus de iure. ſed & ſi
deceptus erit in contractu tali etiam in
modico dico damno poterit petere reſti
tu. in inte. non obſtantibus ſolennitati/
bus predictis. Nec iuramento priuatur
reſtitutione impubes. quia impuberes n̄
iurant ut teneantur. ut. ff. de iureiurā. l.
qui iuraſſe. Si autem aliqua de illis ſo/
lennitatibus deficiat ipſo iure contract⁹
nullus erit nec opus eſt tunc ꝙ reſtitu/
tionem repetat. cum iur̄ communi ſit tu
tus. ut. ff. de mino. l. in cauſe. Cum q/
bus autem ſolennitatibus iudicis decre/
tum interponi debeat. non expono hic
breuitatis cauſa. & quia ſi hoc ſcire uo/
lueris recurre ad auroram ſuper inſtru
mento uen. facte de re pupilli ibi plene
no. de hoc. Aliquando tamen contin/
git ꝙ predium minoris ſine decreto alie
natur & ualet alienatio. ut ecce. ſi pater
pu. uel aliter etiam extraneus ex cui⁹ bo
nis predium ad minorem peruenit in te/
ſtamento uel codicillo hoc mandauit.
nam tunc ſine decreto poterit alienatio
fieri. ut. C. quam. decreto non opus eſt.
l. predium. Idem eſt ſi pater uel etiam il/
le extr aneus cui minor ſucceſſit obliga/
tus eſſet ad alienādum. nam tunc iſte mi
nor ſuccedens poterit ſine decreto alie/
nare id ad quod predeceſſor obligatus e
rat. ut. ff. quando decreto opus non eſt.
l. magis. §. ſi pupillus. &. l. i. &. §. i. Sed
hic quero extra litteram de uno uideli/
cet ſi teſtator in ſua ultima uoluntate
mandauerit generaliter de rebus ſuis uē
dendis tu. uel curator. uel commiſſariis
ſuis ut tota die faciūt an poterunt pōere
manum ad quam rem uoluerint. Reſ/
pondet Acur. ꝙ ſic. per. l. preallega. C.
quando decreto opus non eſt. l. prediū
&. ff. e. l. i. §. i. Eſt & alius caſus ubi ſiñ
decreto ꝓcedit predii minoris alienatio
utputa ſi minor impetrauerit ſpecialiter
a principe ꝙ prediū ſuum poſſit uēdere
ſine decreto. ut. C. qn̄ decreto nō ē opus
l. ii. & bene dico ſpecialiter impetrauit

UVA. BHSC. IyR_072

non autem ſufficienter generalis impetratio uenie etatis. unde quantuncunq; generalem ueniam etatis impetrauerit ſine decreto alienare non poſſet.ut.C.de his qui ueniam etatis impetrant.l.pen.

Si autem ſint res impuberis que ſeruando ſeruari non poſſunt.ut fructus uinum frumentum pira & poma & animalia ſuperuacua poſſũt a tu.minorum uel ab ipſis minoribus cum auctoritate tutoris ſine decreto iudicis alienari.ut.C.de administra.tuto.l.lex que.in fin.& quãdo decreto opus non eſt.l.ultim. Immo tu.tenentur facere ꝙ tales res uendantur congruis temporibus alioquin ſpectat ad eorum periculum ſi propter negligentiam corrumpatur.ut.ff.de administra.tuto.l.ſi res.Nec in talibus rebus reſtitutionem petere poſſunt minores niſi in caſu ſecundum quod notatuꝫ fuit ſupra in rubrica de contractibus inutilibus ratione perſonarum.§. pubes.

Vltimo ſciendum eſt ꝙ licet littera noſtra loquatur tantum de re impuberis idem eſſet ſeruandum in re adulti que ſeruando ſeruari poteſt ſcilicet ut fieret alienatio eius cum cauſa legittima & ꝙ decretum iudicis interueniret.& auctoritas cura.ſi adultus cu.haberet. Si autem curatorem non haberet tunc ipſe ſolus cum cauſa legittima & iudicis decreto alienare poſſet.& his concurrentibus alienatio ualet de iure licet ſi decipiatur etiam in modico damno poſſet reſtitui in integrum.Si autem aliqua illarum ſolennitatum deficiat ipſe iure contractus non ualet.ut probatur.C. de in integr. l.ſi curatorem habens.& de adminiſtra. tuto.l.lex que.&.C.de prediis.l.ob es. Res autem adultorum que ſeruando ſeruari non poſſunt cum curatoris auctoritate ſi eum habent.uel ſoli ſi eum non habent alienare poſſunt ut preallega.l. colligitur.ſed quia adulti hodie contrahendo & iurando in contractu de non ueniendo contra repreſentatur loco maiorum & ualent contractus ab eis facti licet decretum uel alia ſolennitas non interuenerit.reſtitutione in integrum priuantur per autem.ſacramenta.ut in precedenti rubri.notatum plene & declaratum fuit in.§.illo. Quintus caſus eſt ſi corporaliter iurauit.& ideo ſumma noſtra ſolennitates neceſſarias in alienatione rei adulti non multum recitare curauit.Petrus de unzola.

Item prohibita eſt alienatio filiofamilias.Rubrica.

Ictum eſt de una re que prohibetur alienari.ut de predio impuberis.ſequitur de alia re que alienari prohibetur.ut de re aduenticia filii que prohibetur a patre alienari.

Et in.§. iſto ad eius declarationem queritur de duobus. Primo an res patris poſſit a filio alienari. Secundo an pater poſſit res filii alienare. De primo ſciẽdum eſt ꝙ res patris alienare uel obligare non poteſt filius ſine conſenſu patris ſui.ut.ff. ad mac.l.ſed iulia.§. ſed & ſi filius.Et forte potuiſſet aliquis credere ꝙ filius poſſet res patris alienare quia filii uiuo quidem patre quodammodo domini exiſtimantur.ut inſtituti. de heredita.quali.& differen.§.ſed filii. ſed illud eſt uerum de fictione iuris ciuilis quod fingit perſonam patris & filii eſſe eaſdem.ut.C.de impube.& aliis ſubſtitutio.l.fin.uerumtamen non ſunt domini.& ideo alienare non poſſunt. ut.ſ. dixi. De ſecundo an pater poſſit res filii alienare tractandum eſt & ad hoc inueſtigandum ſciendum eſt ꝙ id quod filiifamil.qui ſunt in poteſtate habent. aut habent ex aduenticio peculio.aut ex profecticio.aut ex caſtrenſi uel quaſi caſtrenſi .de quibus omnibus eſt uidendum.& poſtea patebit deciſio iſtius mẽbri ſecundi. Eſt autem aduenticium peculium quod filiofamilias obuenit ex ſucceſſione matris uel alicuius ſibi attinentis per lineam maternam. Vel quod ſibi obuenit ex libertate extranei. uel quod ſuis laboribus acquiſiuit.uel ex ſua proſpera fortuna non tamen ex ſubſtantia uel contemplatione

UVA. BHSC. IyR_072

patris.ut.C.de bo. q; lib.l.cum oportet
in prin. Item an pecuniam quá querit
tabellio filiuſfa.de tabellionatu erit qua/
ſi caſtrenſe peculium.Reſpondeo ſi pu/
blico ſalarium recipiat dici poteſt ꝙ ſic.
ut.C.de inoffi. teſta.l.fi.§. de aliis.in fi.
§. Si autem non a publico ſed priuatim
ab iſto & ab illo mercedeꝫ recipiat uide
tur taliter queſitum aduenticium.eſſe.ut
C.de bo. q; lib. cum oportet.&.l.fin.in
prin. Et iſto aduenticio filius habet do/
minium & pater qui habet eum in pote/
ſtate uſumfructum totum ſi ſit queſitum
iſtud aduenticium filio de uoluntate pa
tris . & habet iſtum uſufructum donec
filius eſt in eius poteſtate . Niſi pater ei
remiſerit uſumfructum quo caſu uidet̃
ꝙ ualeat talis donatio incontinenti ac ſi
quid dominium filio conceſſiſſet.uel ſal
tem morte confirmatur retro ſe trahen/
do.ut uſq; a principio uideatur ualuiſſe
ut.C.de bo.q; liber.l. cum oportet.§. ſi
autem res. Si autem filius emancipe/
tur.tunc pater retinere poteſt dimidiam
uſufructus & ſemper retinere uidetur ni
ſi expreſſe remittat. ut.C. de bo. q; libe.
l.cum oportet.§.cum autem.Et uera ſũt
ꝙ pater habet uſufructum in his talibus
aduenticiis ſi filius acquiſiuit dum in po
teſtate patris eſſet.Si autem poſt eman/
cipationem talia acquirat filius tunc &
quo ad dominium & uſufructum to/
tum ſibi queret filius & nihil pater habe/
ret.niſi eſſent bona materna que filio q̃/
ſita eſſent ut quia hereditas matris filio
emancipato deferatur . nam tunc pater i
uirilem partem uſufructus admittatur.
Et idem intelligendum eſt in nepotibus
& pronepotibus emancipatis.Item ſi ne/
potes ſint ex filia habet auus portionem
uſufructus in rebus que deferuntur ne/
potibus natis ex filia ab auia ſua hoc eſt
uxoris huius aui.ut.C.de bonis mater/
nis.l.i.&.ii.&.iii. Item notandum eſt ꝙ
mortuo patre filius tale aduenticium to
tum ſibi ante partem habebit nec fratri/
bus cõicare tenebitur.ut.C.de coll.l.ul
ti.&.C. de bo. q; lib.l. cum oportet .
Pater tamen actiones intentare debe
bit in aduenticio peculio queſito filio de
uoluntate patris.& mouentibus queſtio
nem reſiſtere & ſũptus ex fructib⁹ quos
habet facere tenetur. Et poteſt poni exẽ
plum in hereditate filio delata quam ſi fi
lius uoluntate patris adeat pater actio/
nes intentare & eas ſuſcipere tenetur.
Si autem contra uoluntatem patris adie
rit ipſi filio dominium & uſufructus q̃/
ritur & conueniri debet filius a credito/
ribus & ipſe actiones interpretare. patri
tamen debet poni neceſſitas hoc caſu fi/
lio agenti & fugienti conſenſum ſuum p̃
ſtare ne in iudicio ſtare inueniatur ſine
ꝯſenſu patris.ut.C.de bo.q; lib.l.ulti.§
ſi autem. Hoc premiſſo ſciendum eſt
ꝙ iſta aduenticia bona filiorum non po
teſt pater alienare . neq; obligare niſi in
caſu ſcilicet ſi filio imineat es alienum.
nam tunc poteſt alienare ut filium a de/
bito liberet. Et ponitur exemplum i he/
reditate grauata debito & filiofami.dela
ta & adita concurrente uoluntate patris
& filii.tunc enim alienabit pater.Primo
mobilia.ſecundo ex immobilibus partẽ
ſufficientem nomine filii uendere pote/
rit. ut ilico es alienum reddatur & non
uſurarum onere pregrauetur . quod ſi
hoc facere ſuperſederit ipſe uſuras. uel
ex heredibus uel ex ſubſtantia ſua dare
compellitur.ut.C.de bo.q; lib.l.fi.§.ſi
autem. Sed an filius poterit tale aduẽ/
ticium alienare cum ipſe dominium ha/
beat.Reſpondeo non ſine uoluntate pa/
tris.cum enim ſ̃m leges & naturam pa/
rentes liberos alere teneantur quare ad
uenditionem rerum ſuarum proſilire de
ſiderant.quaſi dicat non debet deſidera/
re.ut.C.de bo.q; libe.l.fi.§.filius autem
fami. Sed an cũ uoluntate patris poſ/
ſit alienare. Hugolinus ꝙ non.Acur. &
Azo.ꝙ ſic. ut in p̃alleg.§. in glo.ſua ibi
poſita not. Poſſunt etiã filiifa. acqui/
rere ex alia cauſa.utputa ex peculio pro
fecticio.Et eſt ꝓfeticiũ peculiũ quod p/
uenit ad filium ex ſubſtantia patris uel
occaſione rerum patris. utputa ſi pa/
ter dedit filio fundum ut inde ſe aleret
& idem ſi poſtea queſiuit fructus ex re/

UVA. BHSC. IyR_072

patris dicantur fructus queri. Idem
forte ſm actionem ſi pater dedit filio &
filius uſuras queſiuit.nam ex re patris ui
detur habuiſſe.ut inſtitu.per quas poſſ.
no.acquir.Ibi enim dicitur ex re patris
uel eius rei occaſione.Item ex re patris
habere uidetur quod contemplatōne pa
tris datum eſt ut.ff. de uulga. ſubſtitu.
l.ſed ſi plures.§.in arrogato.Et in iſto ꝓ
fecticio peculio pater habet proprietatē
& uſumfructum & nihil iuris in eo om-
nino habet filius.ut inſti.per quas poſſ.
nob.acqui.§.i.Propter quod patet ꝙ de
eo profecticio poteſt pater contrahere.
& ipſum alienare.& quomodocūq; uult
diſponere. Item frater cum fratre poſt
mortem patris tenetur communicare ꝓ
fecticia.ut not.C.de collat.l.ulti. Sed
hic quero ſi filiuſfami. acquirat aliquid
& dubitetur an ſit ex cauſa aduēticia uel
profecticia quid dicendum ſit ſuper hoc

Dicunt quidam ex profecticia preſu-
mi ad ſimilitudinem uxoris ex qua pre-
ſumitur ꝙ id quod acquirit tempore ma
trimonii de bonis mariti acquirat niſi ip
ſa contrarium probet.ut.C.de donatio.
inter uirum & uxo.l.etiam. Azo.autem
putat diligenter eſſe attendendum.utrū
pater ſit inops. filius uero ſtudioſus uel
curioſus & in arte ſua attentus uel bene
laboret.& quo caſu aduenticium preſu-
matur. An filius ſit piger nec alicuius ar-
tificii doctus.pater uero diues ex quibus
profecticium preſumatur. per.l.C. ar-
tu.ſi defunctus. Vel poteſt dici refert qs
agat.an iſte qui queſiuit petendo forſan
a fratre iſtud quod acquiſiuit ſcilicet pre
cipuum dari. & tunc ipſe probet quia
affirmat an alter frater petat ſibi com-
municari aſſerendo illud de bonis pa-
tris proceſſiſſe & tunc iſte probat & af-
firmat ut.& de probatio.ei qui.& nota.
per Acur.C.de bo.que liber.l.cuꝫ opor
tet.in principio.§.ibi poſita. Poſſunt
& filiifam.ex alia cauſa acquirere ſcilicet
ex cauſa caſtrenſi peculii.Et caſtrenſe pe
culium quod filiifami.in militia acqui-
runt ꝙ niſi militaſſet militaſſet acquiſi-
turus non fuiſſet. Item quod a paren-
tibꝫ uel cognatis filiofa.in militia de gen
ti datum eſt.nam pater poteſt filiofa.ad
caſtra eunti res mobiles donare.ut equū
& ſimilia ut.C.fami.her.l.ſi fili⁹.& iſtud
caſtrenſe peculium filiis totum & in pro
prietate & in uſufructu acquiritur & pa
rentes nullum ius in eo habent.ut.C.de
boniſq; lib.l.cum oportet.ibi exceptis
&c.& ideo filii poſſunt ſuper tale peculi-
um contraheř & ipſum alienare & diſpo
nere circa id prout uolunt quia pro pa-
tribuſfa.in hoc peculio habentur. ut.ff.
ad ma.l.i.&.ii. Poſſunt etiam acquire
re filiifa.ex cauſa quaſi caſtrenſis peculii
Et eſt quaſi caſtrenſe peculium quod ac
quirunt filiifa.medici.Item quod acqui-
runt filiifa.clerici de prebendis eorum.
Item quod acquirunt filiifami. magiſtri
liberalium artium.Item quod acquirunt
filiifam.aſſeſſores.Item acquirunt filiifa
mil.aduocati. qui ſalaria de publico ꝑ-
cipiūt.Et omnes qui omnino ſalaria uel
ſtipendia percipiunt publica. ut.ff. de
inoffi.teſtamen.l.fi.& de epiſ.& cleri.l.
ſacro ſcilicet.Et de aduocato diuerſorū
iudiciorum.l.fori.& de aſſeſſo.l.uelud.

Sed an quod aduocatus ex clientulis
percipit non tamen a publico eſt quaſi
caſtrenſe peculium uidetur ꝙ non cum
lex uideatur tantum dicere de eo quod
ex publico percipiunt.Sed do.Acur.di-
cit ꝙ forte uidetur dicendum ꝙ iſtud ſit
quaſi caſtrenſe peculium cum ſit ſubro
gatum loco publici ſalarii quod aduo-
catis dabatur quia.C.de aſſeſſo.l.uelud.
Simili etiam modo dubitari poteſt de fi-
liifami.medicis magiſtris liberalium ar-
tium ſcilicet etiam quod hodie minuta-
tim querunt & non ex publico ſit quaſi
caſtrenſe peculium cum plurimum ex
publico hodie non percipiant ſalarium
& ſuper hoc tenent quidam pro uerita-
te ꝙ non ſit quaſi caſtrenſe peculium ex
quo a publico non percipiunt. Poſſet
etiam dici pro & contra ſm quod in ad
uocato dixi.ſi quis argumentari uellet
Si autem obligo rem que mea non eſt nec mihi debita.nec ius habeo in ea.neq; poſtea dominus eius efficior.ſi dominus habet poſtea ratum tenet obligatio. Nam ratihabitio retro trahitur & mandato comperatur.ut.ff. de pignoribus. l.ſi fundus.§.primo Si autem ratum ñ habeat nõ tenet obligatio.ut.s̃. dictum fuit per.l.prealleg.C.ſi res aliena pign. data fuerit.l.que predium. Et ſic no.ꝙ tenet obligatio rei aliene de conſenſu & uoluntate domini ſiue conſentiat tempore obligationis ſiue dudum poſt obliga-



UVA. BHSC. IyR_072

gationem.ut.ff.de pigno. actio.l. aliena res.l.gr.& de pignor.l.ſi fundus.§.prio. Sed quid ſi obligo rem cuiuſdam qui eſt preſens & non contradicit. ſed patit̃ an ex preſentia uideatur conſenſiſſe . ita ꝙ teneat obligatio.uidetur ꝙ ſic.ut.ff.de pignori.l.ſideiuſſor.§.pater.Econtra ui detur ꝙ ei non noceat.ut.ff.de pignori. actio.l.gaius. ubi legitur ꝙ ſi creditor cui obligaueram rem meam faciat teſta mentum in quo dicat ꝙ illam rem eme rit a me cum in ueritate nõ emerat.& ego ſum preſens & non contradica; imo ſub ſcribam ꝙ non preiudicat mihi preſentia & ſubſcriptio mea. Et ideo dominus Ac. ſic diſtinguit. quia refert an contractus qui fit in mei preſentia poſſet fieri me in uito ſuper re mea ut uenditio. Nam rem alienam uendere quem poſſe nulla dubi tatio eſt ꝛc.& tunc mea preſentia uel ſub ſcriptio mihi non nocet.an nõ poſſet fie ri me inuito.ut eſt obligare rem meam . & tunc propter meam preſentiam & pa cientiam & ſubſcriptionem uideor cõſen tire.& probatur hoc.ff.de regu.iur.l.ſe pe.§.cum autem. Item nota ꝙ ſi rẽ alie nam obligo licet non teneat obligatio . tamen ſoluta pecunia creditori pro quo eam obligaui competit mihi pignorati cia actio contra eum ad pignus rehaben dum.ut.ff.de pigno.actio.l.ſi rem.§.hiſ quoq;. Item nota ꝙ ſi rem alienam pi gnori dediſti poteſt creditor pigno.act. contraria agere contra te debitorem ad ĩ tereſſe ſuum.etiam ſi tu ſis ſoluendo in q̃ titate debiti.ut.ff.de pignori.actio.l.ſi rẽ alienam in principio. Et ſi opponas ꝙ damnum po eſt creditor habere exquo debitor eſt ſoluendo.Reſpondeo ꝙ ex penſas oportebit eum facere agendo per ſonali actione.Vnde tutius eſt ei pigno ri incumbere q̃ in perſonam agere.ut in ſti.de obliga.que ex deli.naſ.§.furti. uel poteſt intereſſe quia forſan erat natura le debitum tantum illud pro quo obliga uerat iſtud pignus ad qđ naturale debi tum non habet creditor actionem.ſed in pignore habebat retentionem. ut.C. de uſu.l.cũ per retentionem.Et hoc de pri mo.l.an res aliena obligari poſſit. Se cundo dicendum eſt de differentia inter pignus & ipothecam.nam ſupra facta ẽ mentio pignoris & ipothece ſeu obliga tionis.Et ideo quod ſit proprium cuiuſli bet eorum breuiter recitat ſũma noſtra.

Pignus proprie dicitur res mobilis q̃ obligatur et creditori tradit̃. & iſta duo ſunt neceſſaria ſcilicet ꝙ ſit res mobilis & creditori tradatur.cum pignus quaſi a pugno dicitur.ut.ff.de uerbo.ſignifica tio.l.plebis.§.pignus. Si autẽ res mo bilis obligetur & creditori non tradatur uel ſi immobilis eſt & obligetur tradat̃ uel non tradatur creditori ipotheca eſt. & ita ipotheca eſt cum res creditori non tradatur.Pignus ꝓprie eſt cum res mo bilis creditori traditur.& uidetur notari in inſti.de actio.§.ſeruiana. Bene tamen poſſet dici ſecundum Acur.ꝙ quando res immobilis obligatur & traditur ꝙ pi gnus dicatur.improprie tamen & abuſi ue & pignoraticia naſcitur tunc ſoluto debito.ut.ff.de pignori.actio.l.ſi rem.§. proprie. Verum tamen licet talis diffe rentia inter pignus & ipothecam a iure ĩ ducatur.tamen quantum ad actionẽ ipo thecariam nihil inter eſt.Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenia tur ut ſit pro debito obligata ſiue mobi lis ſiue immobilis ſit nil refert quantum ad actionem ipothecariam creditori dã dam pro illa re a quolibet poſſeſſore pe tenda.ut inſti.de actio.§.item ſeruiana.

Porro circa iſtam partem extra litte ram no.ꝙ debitori datur pignoraticia a ctio ad pignus repetendum ſoluto debi to uel aliter ſatiſfacto.donec enim aliqđ ſuper eſt ad ſoluendum pignus retineri poteſt uſq; ꝙ ſoluatur totum debitum. ut.ff.de pignori.actio.l.ſi rem.§. omnis

Sed quid ſi creditor amiſit pignus. Reſpondeo ſi caſu fortuito uel leuiſſima culpa amiſit non tenetur . & nihilomi nus ad debitum ſuum aget niſi ſpeciali ter fuiſſet pactum in contrarium .ut.C. de pig.actio.l.que fortuitis. Si autem dolo uel culpa lata uel leui perdat credi tor pignus tenet̃.ut.C. de pig. actio.l.ſi

UVA. BHSC. IyR_072

creditor. Sed quis probat dolum uel
culpam.an debitor uel creditor ſm om
nes creditor debet probare ſe perdidiſſe
pignus ſi debitor neget perditiõem alio/
quin dãnatur.ut.C. de teſt.l. publicati/
&.C.de pig.act.l.ſi creditor. Sed ſi cõ
ſtat de amiſſione. quia debitor cõfitetur
uel quia creditor hoc probauit.ſ.ſe per/
didiſſe pignus quis probabit culpã uel
dolum an probabit creditor ſe perdidiſ
ſe ſine culpa & ſine dolo ſuo an debitor
probabit culpam uel dolum adhibitum
eſſe in perdendo.& certe ſm do.Io.Hu.
Az.&.G.debitor probat dolum uel cul/
pam.per.ff.de proba.l. quotiens.§. qui
dolo.Qui enim dolum dicit dolum pro
bare debet.ut ibi dicitur.& all.etiam.C
de pig.act.l.ſi nulla.&.ff.de admi.l.cy/
rographum.in fi.i.gl.Bul.autem aliter di
ſtinguebat.ſed eius diſtinctio nõ appro/
batur.ideo eam omitto. Item nota ꝙ
ſi rem pignori accepiſti uel res aliqua ti
bi ipothecata fuit & fructus inde prece/
piſti ꝙ eos non lucraris ſed in debitum
neceſſe habes computare.ut.C.de pign.
ac.l.i.&.ii. Item ſciendum eſt ꝙ ſi ob/
ligo tibi rem aliquam quod non licet ti/
bi auctoritate propria rem illam occu/
pare niſi per pactum hoc eſſet quia tũc
auctoritate propria poteris poſſeſſioneȝ
illius rei capere.licet urbanius faceres ſi
auctoritate pretoris faceres.ut.C.de pi/
gnor.l.creditores. Item circa ipothe/
cam notandum eſt ꝙ quedam eſt ipothe
ca exprſſea.quedam tacita. Expreſſa eſt
quando ex conuentione expreſſa ſeu uer
bis expreſſis alicui in aliquo contractu
bona obligo.& ſolo conſenſu contrahi
poteſt ipotheca talis.ut.ff.de pigno.l.cõ
trahitur. Tacita eſt quãdo ex ui & po
teſtate legis bona ſunt alicui obligata ſi/
ne conuentione aliqua.Et circa hoc ſci/
as.q̃ licet contractum mecum facias uel
mutui uel uenditionis uel alterius gene/
ris.non tamen ſunt bona obligata niſi
ꝯuentiõe obligata niſi ꝯuentiõe expreſſa
obligentur. Et ideo utile eſt quando in
ſtrumenta conficiunt tabelliones bona
expreſſe obligare.Nam alias regulariter
bona obligatã nõ erunt ſed inquibuſ/
dam caſibus & perſonis ſpeciale eſt. ut
eoipſo ꝙ contract⁹ celebratur ab eis bo
na obligata habeant tacite ſine aliqua cõ
uentione expreſſa. ſed ex ui & poteſtate
legis.ut in uxore que habet bona mariti
obligata tacite. eoipſo ꝙ dotem marito
cõſtituit.ut.C.de rei uxo. acti.l.i. Poſ
ſem & alias perſonas tibi enumerare taci
tam ipothecam habentes.de quibus legi
tur in titu.quibus.o. pignus tacite con/
trahatur.C.&.ff.de eas enumerato infra
in rubrica de pactis in.§. quarta diuiſio
eſt. Item nota ꝙ ipotheca quedam eſt
ſpecialis quedam generalis. Specialis
eſt quando una res ſpecialiter obligatur
& tunc creditor poteſt illam uel illas ſpe
cialiter obligatas per ipothecariam per/
ſequi alias autem res non. Generalis
eſt quando generaliter obligatur.ut ſi di
co obligo tibi bona mea. & ſub iſta ge/
neralitate intelliguntur obligata eſſe om
nia mea bona mobilia & immobilia pre
ſentia & futura que ego acquiram. Non
autem ea que meus heres queret aliunde
ut.C.que res pigno.oblig.poſſ.l.fi.&.ff
de pigno.l.paulus. Excipiuntur autẽ
quedam que ſub generali ipotheca anne
xa creditori non intelliguntur.ſ.illa que
non eſt ueriſimile quenq̃ ſpecialiter obli
gaſſe utputa ſuppelex. Item ueſtis reli
quenda eſt debitori.Et ex ſeruis reliquẽ/
di ſunt illi quos habeat in eo uſu.& cer
tum ſit eum pignori datum non fuiſſe

Deniq; ancillam concubinariam & fi
lios ſuos naturales conſtat obligatione
generali non contineri. ut probatur.ff.
de pigno.l.o.generali. Et attendendũ
eſt ꝙ quando generaliter bona alicui o/
bligantur electionem habet perſequen/
di quam rem uelit de illis bonis. ut.ff.đ
diſtractio.pignor.l.creditoris. Item
no.ꝙ creditor qui bona debitoris non
habet obligata expreſſe uel tacite ab em
ptoribus uel ab aliis qui de illis bonis a
debitore receperint.ea aduocare nõ po/
teſt niſi in fraudem creditoris debitor a/
lienaſſet.quia tunc in fraudem alienata
reuocare poſſet ut no.in ti.de renunciã/



UVA. BHSC. IyR_072

dis ſiis que in frau.credi.alienat. ſunt.§.
ſi.& de hoc etiam dic ut no.in aurora in primo capi.ſuper ſecuritate. que incipit ſi dubitetur ne res ſit alteri data uel obligata. Deinde ſciendum ꝙ ſi pecuniã mutuo accepit aliquis uel aliter contraxit & bona ſua creditori obligauit creditor habet electionem utrum uelit agere perſonali actione ad debitum. an uero ipothecaria actio primo ad bona obligata.& hoc ſi debitor poſſideat illa. Si autẽ alius extraneus poſſideat illa bona.ut qa aliquis emit a debitore uel alio titulo ab eo habuit.& creditor uelit agere contra iſtum extraneum prius ipothecaria actõne ad illa bona que poſſidet emptor agat perſonali actione ad debitum contra debitorem non poteſt quia non habet electionem.immo prius agere debet perſonali ad debitum contra debitorem & ei[9] bona diſcutere faciendo eum citari & ſi uenerit dabit ei libellum & litem conteſtabitur & d' calumnia iuratus probabit de iure ſuo.& iudicio ordinario cum eo procedt.ut habes in ca.de iudiciis. & ſi condemnabitur ei oportet ſentẽtiam executioni mãdari in bonis ſuis que ipſe modo poſſidet. Et ſi bona aliqua penes eum non inueniantur.faciet ꝙ iudex pronunciabit hoc ſcilicet ꝙ in bonis iſtius debitoris non reperitur aliquid de quo poſſit ſatiſfieri creditori. quam pronunciationem habes dictatam in ca.de iudiciis. Et ita examinato debitore & diſcuſſis bonis eius.poterit poſtea agere actione ipothecaria contra extraneum poſſeſſorem bonorum creditori obligatorum ſcilicet cõtra emptorem & alium. Et ſi debitorẽ ſuum faciat quis citari & non comparet ſimiliter diſcuti debẽt bona debitoris anteq̃ ipothecaria actione agatur contra extraneos poſſeſſores bonorum. Exquo ergo citatus non comparebit fert iudex ſententiam interlocutoriam per quam ꝓnunciabit creditorem fore mittendum ĩ poſſeſſionem bonorum debitoris ꝓ mẽſura debiti. Et qualiter debeat in hoc ꝓcedi non dico quia in rubrica de proceſſu contra contumacem in capitulo de iudiciis aperte declaratur. Et ſi bona reperiantur interlocutoria lata dabitur creditori poſſeſſio. Si non reperiatur iudex pronunciabit ꝙ non reperiuntur bona ex quibus poſſit ſententia interlocutoria executioni mandari. & hac pronunciatione lata poterit creditor ipothecaria agere contra extraneos poſſeſſores bonorum. Nam facta ẽ primo diſcuſſio bonorum debitoris ut fieri debet.& probãtur iſta.C.de pigno.l.diſtractis.& autẽ. ibi ſignata que incipit hoc ſi debitor poſſideat.licet opiniones multe contrarie in illa autẽ.recitentur.quas non recito breuitatis cauſa. Et quia conſuetudo hoc tenet que ſeruanda eſt.& que eſt optima legum interpres.ut.ff.de lega.& ſe.con.l. de quibus. &.l. ſi de interpretatione.

Sed pone ꝙ debitor obligauit bona ſua creditori & fideiuſſorem dedit.qui fideiuſſor & ſua etiam bona obligauit creditori.& dbitor bona alienauit.uolo agere ipothecaria.quis erit ordo. Reſpondeo primo conuenietur debitor principalis perſonali uel ipothecaria pro illis bonis que ipſe poſſideret non autẽm extranei poſſeſſores.& ſi a principali debitum conſequi non potero agam contra fideiuſſorem uel perſonali ad debitum. uel etiam ipothecaria contra ipſum fideiuſſorem propter bona fideiuſſoris mihi obligata. Et hoc ſi fideiuſſor poſſideat quia tunc habeo electionem agendi perſonali uel ipothecaria contra ipſum fideiuſſorem in bonis fideiuſſoris que ipſe fideiuſſor poſſidet ſicut in eo principali ſupra habui.licet quidam in hoc contra dicentes.ꝙ licet fideiuſſor res teneat nõ poteſt creditor eligere.cum prius oporteat eum redire ad res debitorum quas ipſi tenent uel alienauerunt.quod approbari uidetur.j.autenti.de fideiuſſor.§. ſed neq;. Et ſi a debitore principali uel a fideiuſſore conſequi debitum non potero agere tunc poſſum contra extraneos poſſeſſores bonorum ipothecaria actione ſcilicet primo contra illos qui tenent bona debitoris principalis. Secundo cõtra illos qui tenent bona fideiuſſoris erit

UVA. BHSC. IyR_072

ergo ordo ut primo reus principalis cō
ueniatur perſonali uel ipothecaria actio
ne.ſecundo fideiuſſor. tertio extraneus
poſſidens res debitoris. quarto poſſidēs
extraneus res fideiuſſoris.ut preal.autē.
C.de pigno. hoc ſi debitor. & ibi plene
no. Sed quid ſi debitor abſens ſit ita ꝙ
conueniri non poteſt perſonali dicendū
eſt poſſidentem poſſe cōueniri.ut in au/
ten.de fide.§.iii. Item no. ꝙ qui agit
ipothecaria rem aliquam ſibi obligatam
petendo debet probare rem fuiſſe in bo
nis debitoris tempore obligationis ut di
cit.l.ff.de pigno. & que nondum.§. qđ
dicitur. Sed quero quomodo intelli/
gatur hoc ſcilicet ꝙ creditor debeat pro
bare rem fuiſſe in bonis debitoris tempo
re obligationis.Et certe quedam glo.po
ſita in inſti.de act.§. ſeruiana uidet dice
re ꝙ creditor debet probare rem in bo/
nis debitoris fuiſſe tempore obligatiōis
id eſt debitorem dominum fuiſſe illius
rei eo tempore quo obligauit qđ eſſet
ualde durum creditori.cum probare de
dominio ſit multum difficile.& ideo illā
glo.inſti.non ſeruant doctores. ſed di/
cunt ſic.creditor probare debet rem fuiſ
ſe in bonis debitoris tempore obligatio
nis.i.creditor debet probare ꝙ debitor
poſſidebat illam rem tempore obligatio
nis qđ ſatis leuiter fieri poteſt cum de
poſſeſſione leuius probetur q̄ de domi/
nio. & probatur per.ff. de uerbo.ſign.l.
bonorum. ubi legitur de bonis noſtris
ea uidentur eſſe que poſſidemus.Prete/
rea & due glo.ordinarie ſunt pro iſta o/
pi.ſ. ꝙ creditor agens ipothecaria pro/
bet rem fuiſſe in bonis debitoris.i.pro/
bet debitorem poſſediſſe tempore obli/
gationis & ſunt poſite.ff.de pigno.act.l
rem alienam.&.C.ſi res ali.pigno.da.ſit
l.cum pes. Sed an probat creditor ꝙ
debitor poſſideat rem quam obligauit
cum titulo an ſufficit probare ꝙ poſſide
at & ſine titulo. & quedam de illis glo.
ſupra alle.ſ.illa que eſt.ff. de pign.act.l.
rem alienam.uidetur dicere ꝙ cum titu/
lo eam poſſediſſe habet creditor proba/
re.alia que eſt.C. ſi res aliena pign.data
ſit.l.cum res.uidetur dicere ꝙ ſufficit ꝓ
bare debitorem poſſediſſe nec de titulo
aliquam mentionem fecit.Sed do.Dy.cir
ca hoc diſtinguit. quia aut agitur cōtra
ipſum debitorem ipothecaria.& tunc ſuf
ficit probare eum poſſediſſe rem obliga
tam tempore obligationis & ſine titulo.
Et ita intelligit gloſam preallegatam po
ſitā in.l.cum res.§.ſi res aliena pign.da/
ta fuerit.Aut agitur contra extraneam te
nentur bona obligata creditori.Et tunc
creditor probat ꝙ debitor poſſidebat cū
titulo tempore obligationis rem illam
quam modo petit ab extraneo.& ita in/
telligitur glo.poſita ī.l.rem alie.ff. de pi
gno.acti. Vnum tamen ſciendum eſt
ꝙ illud quod dicitur creditorem proba
re debere rem fuiſſe in bonis debitoris
tempore obligatiōis habeat locum quā/
do debitor preſentia bona obligat.ſ. cū
illa ſola que habet obligat.Si autem obli
gat ea que habet & que habiturꝰ eſt. uel
ſimpliciter obligat omnia bona.Nā & ta
li caſu etiam que in futurū acquiret ſunt
obligata pro illis futuris bonis acquiſi/
tis poſt obligationem & creditori obli/
gatis.non habet neceſſe probare credi/
tor fuiſſe in bonis debitoris tēpore obli/
gationis.ſed ſimpliciter fuiſſe in bonis đ
bitoris.ut.ff.de pigno.l.& qui nondum
§.ꝙ dicitur.De tercio membro huius le/
ctionis ſcilicet an creditor poſſit ſibi pi/
gnus obligatum uendere. Sciendum eſt
ꝙ ſi debitor obligauit pignus de eo pa/
cto ut creditori liceret uendere pignus
ſi debitum ſolutum non eſſet ad termi/
num.tunc creditor poteſt uendere tran
ſacto termino ſine aliqua denunciatione
uendendo tranſfert dominium.ut.ff. de
pigno.act.l.ſi conuenit.& inſtitu.quib.
alie.licet uel non.§.i. Et ſi de pignore
uult ſibi creditor debitum accipiat tene
tur ſuperflum debitori reddere.ut C.de
diſtract.pigno.l.fi.&.C.de iur.dominii
impetrandi.l.fi.§.ſi uero.&.ff. de pign.
act.l.quamuis.§.fi. Et ſi minus acci/
piat de pignore q̄ ſit debitum eiꝰ poteſt
ad ſupplementum debiti agere creditor
ut.ff.de diſtra.pign.l.ꝙ in pignoribus.



UVA. BHSC. IyR_072

ſed. Veneti non ſeruāt talem legem. Si autem debitor pignus obligat ſimpliciter non appoſito pacto aliquo de uendēdo. tunc creditor tranſacto termino debet ei denunciare ſemel ut luat pignus. & ſufficit una denunciatio & facta denūciatione expectabit per biennium & poſtea uendere & uenditio ualebit. ut. C. de iure do. impe. l. fi. §. ſinautem. Sed tertio loco quero ſi debitor obligauit pignus pacto appoſito ne liceat creditori illud uendere an uendi poſſit tale pignus. Reſpondeo ſic non obſtante tali pacto dummodo denunciet ante creditor debitori ter. luat pignus & facta trina denunciatione expectet eum per biennium elapſo biennio cum illa trina denunciatione poterit creditor uendere pignus. ut legitur & no. ff. de pigno. actio. l. ſi conuenerit & ſi ita ſolenniter non uenderet committeret furtum. ut ibidem no. Sed nunquid trina denunciatio fiet ſemel & una hora. ſolue ſolue ſolue. Reſpondeo non immo triduum inter quamlibet denunciationem debet eſſe. ſicut in citatione accuſati abſentis. ut. ff. de publi. iudi. ideſt inter accuſationem. Et no. ꝙ iſtd biennium de quo legitur hic & ſuperiori caſu incipit currere a tempore denunciationis ſi debitum eſt liquidum. quia debitor. confitetur debitum. ſi autem nō eſſet liquidum de debito ut quia debitor neget debitum. tunc a tempore ſententie late ſoluendo. ut. C. de iure do. impetrando. l. fina. Sed queri poteſt quare non ualeat tale pactum ſcilicet quando creditor paciſcitur ꝙ pignus non uendet. cum creditor uideatur ſibi preiudicare per pactum. & cum regulariter poſſit qs iuri ſuo renunciare. ut. C. de pactis. l. ſi quis in conſcribendo. Reſpondent gloſatores. ꝙ iſtud eſt ſpeciale propter publicam utilitatem. Nam cum ſibi nullam utilitatem afferet habere pignus exquo uendere uon poſſet illud eueniret ſepiſſime ut mutua denegarentur. Vltimo littera noſtra dicit ꝙ ſi debitor pignus obliget creditori tali pacto ꝙ ſi ad terminum ipſe debitor non luat pignus illud ſit creditoris ꝙ non ualet tale pactū.

Idem eſt ſi debitor promittat dare pignus inſolutum. nam hoc pactum non ualet. Idem eſt ſi debitor fecit pactum ꝙ imperpetuum non liceat luere pignus. Idem ſi creditori debitor dixit uolo ꝙ habeas pignus emptum pro pecunia tibi debita ſi non luam. Idem ſi debitor dicat ꝙ creditor habeat ius faciēdi quod uult de pignore. Omnia enim talia pacta ſunt in pignoribus reprobata & non ualent. ut legitur & no. C. de pact. pigno. l. i. Sed ſi debitor dicat creditori ſi itra certum tempus non ſoluam pecuniam tibi debitam iure emptiōis habeas rem obligatam iuſto precio tunc exiſtimanda tūc ualet pactum tale. Hoc enim caſu uidet quoddammodo conditionalis eſſe uenditio. ut. ff. de pigno. l. ſi fundus. §. fi. Et ſi opponit curioſus ſcholaris talis uenditio non uidetur ualere. quia in incertum hominem cōfertur exiſtimatio iſtius rei. ſicut locatio non ualeret. ſi merces generaliter alieno arbitrio promitteretur. i. ſi diceret loco tibi domum pro eo quod dicet aliquis bonus homo. Nam talis locatio non ualeret. ut. ff. locati. l. ſi merces. i. ꝟ. Ad hoc quod reſpondet Acur. ꝙ ualeat talis uenditio. quia debitores uix aliter inuenirent pecuniam. Extra litteram etiam nota ꝙ duplex eſt pignus ſcilicet conuentionale qđ ex conuentionibus & pactis hominū naſcitur. & de iſto dictum eſt. ſ. Aliud eſt quod a iudicibuſ datur quod pretorium nuncupatur ſiue iudiciale. Erit ꝓprie ꝑtoriū pignus ſi fiat miſſio ex ea cā ex qua pretor iubet fieri utputa ſi uicinus qui habet domum ruinoſam nolit cauere de damno infecto. & ego mittam in poſſeſſionem domus ruinoſe. hoc quippe erit pretorium pignus quia pretor iubet fieri talem miſſionem Idem ſi ex aliis cauſis mittat in poſſeſſionem ex quibus pretor mitti iubet. Iudiciale eſt cum iudex iubet mitti in poſſeſſionem ex officio ſuo. utputa ſi iudex cōdemnauit aliquem per diffinitiuā ſententiam & tranſacto termino qui datur diffinitiue condemnatis ad ſoluendum nō

UVA. BHSC. IyR_072

ſoluat condēnatus iudex mandando ſen
tentiam executioni . iubet capi pignora
eius. primo mobilia. ſecundo immobilia
uel ſi aliquo coram iudice citato & non
comparente. iudex iubeat mitti in poſſeſ
ſionem bonorum pro menſura debiti pe
titi . & tale dicetur pignus iudiciale ut
hoc no. C. de preto. pi. l. ii. Differt utiq;
iſtud pretorium ſiue iudiciale a conuen
tionali in multis. Primo quia pretorium
ſine poſſeſſione non fit. ut. ff. de pig. act.
l. non eſt mirum . Item differt in alio
quia ſi in conuentionali male uerſetur
creditor tenetur pig. act. debitori. ſed in
illo act. infactum . ut . ff. de bo. auct. iu.
poſ. l. i. in prin. Item in alio quia in cō
uentionali pignore habet creditrix ciui⸗
lem & naturalem poſſeſſionem. ut. ff. de
acqui. poſ. l. qui pig. q̄uis quidam dicant
ꝙ ſolam detentionem habet. ſed uerius ē
ſm glo. ꝙ poſſidere dicatur quo ad mul
ta. ſ. quo ad hoc ut actione ad exhibendū
conueniatur. ut. ff. de uſu. §. ſerui nomi⸗
ne in prin. Item quo ad hoc ut rei uendi⸗
tio teneatur. ut. ff. de rei uen. l. officium.
Et quo ad multa alia dicitur poſſidere .
que non dico breuitatis cauſa . ut no. ff.
qui ſa. co. l. ſciendum. Quo ad quedam a
lia etiam nō dicitur poſſidere. ut quo ad
uſucapionem. non. n. uſucapit uel pre⸗
ſcribit pignus contra debitorem. ut. ff. d
acquir. poſ. l. qui pignoris. Et quo ad q⸗
dam alia etiam nō dicitur poſſidere que
no. l. prealle. ſciendum. In pretorio auté
pignore nullam habet poſſeſſionem. ut.
ff. uti. poſ. l. iii. §. creditores . Item diffe⸗
runt. quia in conuentionali de dolo la⸗
ta culpa & leui tenetur creditor. In pre⸗
torio autem de ſolo dolo . ut. ff. de bo.
auct. iu. poſ. l. i. §. eſt preterea. Item ſi de⸗
bitor dederit damnum in pignore credi
tor agit contraria pignoraticia. &. ff. de
pigno . ſeruum . ſed ſecus forte in pre⸗
torio. Item pretorium creditori datū ꝓ
toto debito datum preſumitur. ut. ff. de
re. ui. l. a diuo. §. ſi pignori. nō ſic in con
uentionali. quia ſi creditor conuentio⸗
nalis petat tranſacto termino iuris ſibi
iure dominii pignus dari & deſ̄ & plus
ſit in pignore q̄ in debito i eo ꝙ eſt plus
in pignore remanet ius ſuum ſaluum de
bitori. ut. C. de iure dominii. impe. §. ſed
ſi quidem. l. fi. Item nota ꝙ ſi capiatur
pignora ex officio iudicis . ut quia exe⸗
quendo ſententiaꝫ aliquam iubet aliquē
capere pignora alicuius nō parentis ſen
tentie. ꝙ tales pignus uendi poterit . ſed
infra quantum tempus uendi poſſit di⸗
ſtingue. quia aut capit ex interlocutoria
aliqua . ut quia feci citari aliquem & cū
ipſe comparere nollet iudex iuſſit me in
duci in poſſeſſionem bonorum eius pro
menſura debiti . uel de bonis eius mihi
dari pignus . & tale pignus uendi poteſt
tranſacto aliquo tempore. Et quantum
ſit illud tempus multe ſunt opiniones.
Aiunt enim quidam ꝙ forte poſt duos
menſes. ar. ff. de re. uen. l. debitoribus.
Alii dicunt poſt quatuor menſes qui dā
tur condemnatis poſt diffinitiuam ſen⸗
tentiam ad ſoluendum . ut. C. de uſuris
re. iu. l. fi. Sed do. Acur. dicit ꝙ illud
tempus arbitrio iudicis relinquitur de⸗
terminandum. quia ubi fit mentio de
tempore in iure . non terminatur quan⸗
tum arbitrio iudicis committitur. ut. ff.
de iure delibe. l. i. §. fi. Si autem ex dif⸗
finitiua ſententia capiantur pignora. tūc
elapſo tempore quatuor menſium ho⸗
di uendi poſſit ſecundum Azo. licet oliꝫ
duorum . ut. C. de uſur. re. iu. l. ii. De
mum nota ꝙ ipothecarie actioni pre⸗
ſcribitur ſpacio . xl. annorum debitore
uel eius uniuerſali ſucceſſore poſſidente
& preſcribente contra creditorem. Idem
eſt ſi alius creditor poſſideat & contra a
lium creditorem preſcribat uiuente de⸗
bitore communi iſtorum duorum .

Si autem communis debitor deceſſiſ⸗
ſet & unus creditor poſſideret preſcri⸗
bendo contra alium creditorem tunc
ſpacio. xxx. annorum currēdorum poſt
mortem debitoris communis tollitur
ipothecaria . ut hec probantur. C. de ꝑ⸗
ſcrip. xxx. ann. l. contra ꝙ notiſſimi in
principio. &. §. i. Si autem alius poſſide⸗
at. q̄ debitor uel heres eius uniuerſalis .
uel q̄ alius creditor tunc aut ille extra⸗

UVA. BHSC. IyR_072

neus qui poſſidet cum titulo & bona fi/ de poſſidet.ut quia emit.& tunc preſcri/ bitur ipothecarie contra creditorem.x. annis inter preſentes.&.xx. inter abſen/ tes. Si autem mala fide poſſidet titulo iſte talis extraneus tunc ſpacio.xxx.an/ norum.tollitur ipothecaria.ut probatur C.ſi aduerſus credito.l.i.&.ii.&.C.de p̄ ſcriptio.xx.annorum.l. cum nouiſſimi. Et quod dictum eſt ꝙ ipothecarie actio/ ni quandoqꝫ.xxx.quandoqꝫ.xl. an.quan doqꝫ alio tempore preſcribitur. ut.s̄.di/ ctum fuit. Verum eſt niſi creditor inter/ rumpat preſcriptionem. uel per execu/ toris conuentionem factam per nunciū quo caſu perpetuatur ipothecaria uſqꝫ ad.xxx.an.a tempore conuentionis. uel interrumpat per cōteſtationem litis quo caſu perpetuatur uſqꝫ ad.xl. annos.ipo/ thecaria.ut.C.de preſcrip.xxx.an.l.cuꝫ notiſſimi. & ibi plene no.uel niſi eēt cre/ ditor impubes quo caſu non currit ei p̄/ ſcriptio.ut ibidem dicitur.Perſonales ue ro actiones ut exempto & ſimilibus uſqꝫ ad.xxx.an.durant.tranſacto autem tem/ pore.xxx.annorum. tolluntur actiones perſonales & eis preſcribitur.& hec pro bantur.C.de conſti.pe.l.ii.& .C.de pre/ ſcrip.xxx.ann.l.ſic. Vltimo quero an creditor qui uendit pignus teneatur de euictione.Et circa hoc diſtinguendum eſt.quia aut ipſe uendit pignus ut domi/ nus & tunc tenetur de euictione.ut colli gitur ex titulo de euict.§.per totum. aut uendit ut creditor dicens ſe uēdere quia creditor eſt.& tunc non tenetur niſi ſpe/ cialiter promittat quod facere non debet niſi ex conſuetudine.uel quia maiori pre cio uendat.alioquin non habet contra/ riam pignoraticiam contra debitorem/ uel niſi ſciat rem alienam & non debito/ ris.& probantur hec.C.creditorem eui/ ctionem non debere.l.i.&.l.ii.&.ff. de pignori.actio.ſine pignore.§.ultimo.

Licet autem non agat emptor de eui/ ctione.tamen agit actione exempto ut creditor cedat ei contrariam pignorati/ ciam quam habet contra debitoreꝫ.&.ff. de euict.l.in creditore.Et hoc extraneo euincente.ipſe autem debitor ſi non eſt dominus tenet de euictione poſt euictio/ nem ſecutam utili exempto quaſi ipſe uē didiſſe uideatur. Sed ante eam ſecutam tenetur uero domino habenti ratum uti li nego.geſt.ut.ff.de diſtra.pig.l.ſcriptū §.i.Si uero eſt dominus tenetur habere ratum & emptor efficitur dominus q̄q̄ a non domino ideſt a creditore habeat ut inſti.qui.alie.licet uel non.§.igiẗ hoc ſi iure uendatur.alias poterit uendicare a debitore ſi eſt dominus dum tamē pre/ cium offerat.ut.ff.de rei uendi.l.emptor & a creditore eſt liberatus propter pre/ cium emptoris.ut dicta.l.ſcriptum.ſed ſi iure non uendat creditor.& propter hoc debitor euincat an exempto per hoc ad intereſſe quod eſt ultra precium tenetur creditor emptori.& putat Acur.ꝙ ſit ra/ tione doli.ſicut & ſi ſciuiſſet alienā.ut.ff. de actio.emptio.l.emptorem.§. caſſius. &.§.ui.l.&.§. ſententiā. Item nota.ꝙ licet creditor poſſit pignus uendere uel ex pacto uel ex lege elapſo biennio ſe/ cundum quod ſupra notaui.fieri tamen poteſt ꝙ nemo uelit rem comperare & ideo neceſſarium eſt creditori ſaltem iu/ re dominii eam poſſidere.unde impetra/ re poteſt creditor ꝙ rem poſſideat iure dominii ſecundum ſolennitatem poſitā. C.de iure do.impe.l.ulti.quem non reci to breuitatis cauſa.

**Inutilis eſt contractus ſuper rebus q̄ in rerum natura non ſunt.**

Ictum eſt ſupra de rebus ſuper quibus contrahere nō poſſumꝰ iure ciuili impediente. Sequiẗ uidere de rebus ſuper quibus natura in/ hibente contrahere non ualemus. Et prima eſt res que nunq̄ fuit & modo nō eſt nec in futurū ſperatur.ut ipocenthau rus.& eſt ipocenthauruſ animal quoddā natum ex equa & thauro quod nunq̄ ui ſum fuit licet poete ſic finxerunt. Si igi/ tur ſtipulor ipocenthaurum non ualet ſtipulatio.quia talis res nō eſt in rerum natura.ut inſti.de inut.ſti.in prin. Idē

UVA. BHSC. IyR_072

eſt ſi ſtipuletur chymeram. Et eſt chymera ipſum nihil. unde cum non ſit in rerum natura non ualet ſtipulatio.

Item ſi quis ſtipuletur res quas īpoſſibile eſt.

N. §. iſte tractatur de aliis rebus ſuper quibus contrahere nō poſſimus natura inhibente. Sunt enim quedam res que licet ſint tamen impoſſibile eſt de natura earum ꝙ ſint in dominio hominum. ut eſt ſol & luna. unde ſi ſtipuletur quis lunam uel ſolem nō ualet quia de natura īpoſſibile eſt ꝙ ſint in noſtro dominio ut inſti. de inuti. ſtip. in prin. &. §. ſi impoſſi. Item ſi quis ſtipuletur ſibi dare montes aureos non ualet ſtipulatio. quia. impoſſibile eſt defacto montem aureum dari. non enim poſſet quis defacto congregare tantum aurum ut montem ſtipulatori daret. ut. ff. de ſta. libe. l. cum heres.

Item ſi quis ſtipuletur rem que licet fuerit modo non eſt.

N iſto. §. ſic procedo ſtipulatus ſum a te mihi dari Sthichum ſeruum tuum quem ſperabamus uiuere tempore ſtipulationis & ipſe mortuus erat non ualet ſtipulatio ſuper tali re. que licet fuerit tum modo non poteſt eſſe. ut inſti. de inuti. ſtip. in prin. &. ff. de iureiur. l. eum qui. §. ſi iurauero. & ꝙ dixit credebamus eum uiuere idem eſt & ſi ſciebamus eum mortuum ut non ualeat promiſſio. ut dicit glo. de inuti. ſtip. in prin. Et ſi pena fuit appoſita in ſtipulatione iſta in qua ſeruum mortuum ꝓmiſiſti non committitur talis pena. quia pena rei impoſſibilis non committitur. qđ eſt notabile. ut. ff. de uer. obli. l. ſi homo mortuus. In caſibus tamen infra poſitis ualet ſtipulatio Stichi mortui. Primus eſt ſi eras in mora. quem caſum ſic declarari oportet. tu ꝓmiſeras Sthichuȝ uiuum ad certum terminum & ita ualebat promiſſio tua & eras ſolenniter obligatus iſtum ſtichū mihi promiſſum tradere tu non tradis ad terminum. & ita es in mora ſoluendi qđ debes. nam in mora dicitur quis eſſe quando debito tempe non ſoluit quod debet. ſunt & alia neceſſaria ad moram inducendam. ut infra dicam. Te ergo non ſoluente ad terminum & ita te exiſtente in mora deceſſit ſtichꝰ. nunc mihi eum mortuum promittis teneris. licet mortuus eſſet modo temporꝭ re iſtius promiſſionis. & hoc ratione more. ut. ff. de uerb. obli. l. inter ſtipulanté. §. penult. ut. ff. de iureiur. l. eum qui. §. ſi iurauero. Nam & ſi non promiſiſſes eū ſtichum modo mortuum attamen tenebaris de interitu propter moram tuam. quia mora conuertit periculum interitꝰ in moroſum. ut. ff. de leg. i. l. cum res. §. fi. &. l. apud iull. §. i. & eſtimationem ſtichi ſolues. Secus eſſet ſi non eſſes ī mora tradendi ſtichum & ipſe decederet. qa non teneris īmo liberatus es interitu ſpeciei. non idem ſi in genere deberes ſeruū quia ſi in genere deberes ſeruum non liberaris licet ſeruus mortuus ſit. quia qđ in genere debetur perire non poteſt. ut. ff. ad. l. fal. l. in ratione. §. incerte. Item poſſum ſtipulari ſtichum mortuum ab illo qui mihi ſurripuit furtiue. uel rapuit eum. & ualebit ſtipulatio. ut. ff. de uer. obli. l. inter. §. penult. Et debet concipi iſta ſtipulatio quando ſtipulor ſtichū ab illo qui ſurripuit eum promittis ſeruum ſtichum mihi tradere. uel omne id quod ex cauſa conditionis furtiue debes promittis. Et ipſe reſpondet promitto. non autem poteſt iſta ſtipulatio ſic concipi. promittis dare ſtichum. quia dare ē rem accipientis facere. ut inſti. de actio. §. ſic itaqȝ. Et id quod eſt meum non poteſt amplius fieri meum. & ſic rem meaȝ mihi ſtipulari dari non poſſum. ut. ff. đ uerb. oblig. l. ſcire debemus. §. fi. Et quia hic de mora facta fuerit mentio. ideo de ea aliqua extra litteram dicam. Et primo quid ſit mora. Secundo de effectibus more. Et certe ſciendum eſt ꝙ iuris cōſulti dicunt diffinitionem more diffici-

UVA. BHSC. IyR_072

lem eſſe.Et exponunt gloſatoreſ.i.impoſſibilis.ut legitur.ff.de uſur.l.mora.ſed licet lex dicat ſic.tamen do. Acur. eam ſic diffinit. Mora eſt cuꝫ quis maior.xiiii.an.interpellatus eſt per diei appoſite lapſum uel per litis conteſta. uel per eius cui debetur denunciationem congruo loco & tempore factum cum ſe debere intelligat uel intelligere debeat nec omiſſa ſit ſit debiti repetendi inſtantia ſine cã diſtulit rei diſſolutionem uel preſtationem.Et attende quia quodlibet uerbum cum miniſterio ponitur hic. dicit enim cum quis maior.xiiii.ann.ideo quia impuberes in mora conſtitui non poſſent niſi tutor cum eo appelletur ut.ff.ꝺ uer.obliga.l.ſed ex ſtipulatu.&.ff.de uerbo.obliga.l.ſi pupillus.Sequitur poſtea interpellatus per diei appoſite lapſum uel per litis con.uel per denunciationem eiꝰ cui debetur. Nota ꝙ iſte ordo conſtituendi aliquem in mora ut ſi aliquis debet aliquid in diem expectari debet dies & ſi non ſoluat ad diem lapſus diei cõſtituit eum in mora nec eſt opus ꝙ denunciet ei.quia dies pro me denunciat.ut.ff.de uer.oblig.l.ſi fundus.&.C. de contrahen.& cõmit.ſti.l. magiſtram. Si autem aliquis debet mihi aliquid nõ eſt dies appoſitus tuncq́ſi patiatur ſecum litem cõteſtari per con.litis conſtituitur in mora.ut.ff.de uerbo.ob.l.nemo.§.i.uel ſi non conteſter litem ſed denuncio ei congruo loco & tempore ut mihi ſoluat qđ debet & non ſoluit conſtituitur per denunciatioñe in mora.ut.ff.de uſu.l. mora. Et hoc uerum eſt ꝙ ita conſtituitur in mora debitor ſi intelligam ſe debere uel intelligere debet.ut.ff.ſi cer.pe.l.quod te.

Sequiť poſtea nec omiſſa ſit debiti repetendi inſtantia.i.diceř ꝙ exquo incepi ꝑetere debitum conſtituendo te in mora uno de predictis modis non debeo omittere inſtantiam debiti repetendi dando dilationem de nouo tibi debitori meo. Nam ſi omitterem inſtantiam dando tibi dilationem in debito non eſſes in mora.ut.ff.ꝺ uſuris.l.mora.nec credas iſta uerba ita diſponi debere exquo fuiſti in mora.quia debitum a te precii ꝙ ſemper inſtare debeam ita ꝙ nõ deſinam petere ad hoc ut faciam te continue eſſe in mora. Nam ſi non ſemper inſtem.exquo ſecundam dilationem tibi non do in maiores. Qui ergo ita interpellatus eſt ut ſupra dictum eſt.& differt ſolutõnem uel preſtationem rei quam debet in mora ẽ.ut hoc plene no.ff.de uſur.l.mora. Nunc ſecundo eſtꝰuidendum de effectu more.Et eſt ſciẽduꝫ ꝙ mora ſic cõmiſſa habet qn qꝫ ſpeciales effectus. Primo quia facit rem uel intereſſe tantum exiſtimari officio iudicis prout erat tempore more.uel cepit poſtea eſſe uſqꝫ ad ſententiam perſeuerante mora.ut.ff.de eden.l.ubi.q.i.&.ff.de condi.tu.l.pen. Secundus effectus eſt.quia facit currere uſuras in contractibus bonefidei cum quibuſdam ſtricti iuris ſcilicet in legatis & fideicõmiſſis ut preallega.l.mora.§.in bonefidei.nam parificantur hec in iudiciis bonefidei.ut C.in quibus.C.in integ.reſti.non eſt neceſ.l.in minorum.Sed ſecus inſtricti iuris iudiciis. etiam lite conteſta. Nam in ſtricti iuris iudiciis non currunt uſure ex mora etiam lite conteſtata & non debentur niſi eſſent promiſſe per ſtipulationem.ut.C.de conditio.indebi.l. pria.

Tertium habet effectum mora. quia inducit petitionem fructuum in quolibet caſu ſi petam quod aliquando fuit meũ.uel ex quo cauſam interuenire habeo. alias ideſt ſi non peto id quod mihi debitum eſt exigitur litis conteſtatio in ſtricti iuris iudiciis ut fructꝰ debentur.ſed in bone fidei ſufficit ſola mora interuenire ut ex tunc fructus debentur. licet non ſit lis conteſtata.ut probatur.ff. de uſuris.l.uideamus in principio.§.i.&.§.ex cauſa. Habet quartum effectum in ſpeciali caſu ut ecce quidam fecit teſtamentum.& in eo cuidam filio ſuo maximam partem ſubſtantie ſue ſibi reliquit & alii filio ſuo tantum ſuam legittimam partem reliquit.& inſtitutus in ſua legittima de plano uult eam accipere. ſed & qui in magna parte iſtitutus eſt quia uniuerſalis eſt heres non uult eam ſibi dare

UVA. BHSC. IyR_072

dicit lex ꝙ ſi mora fuerit dandi & p ſtre
pitum iudiciorum iſtam pticulam reſti/
tuerit ille uniuerſalis heres pimit in ter
ciam partem eius quod debetur .ut.C.đ
inoffici.teſt.l.ſi quis i ſuo habet. Qui
tum effectum circa interitum.quia indi/
ſtincte moroſus đ periculo tenetur erat
res peritura penes actorem.uel non ſatiſ
eſt enim ꝙ potuerit non perire.ut.ff.de
leg.i.l.cum res.§.fi.&.l.apud iul.§.i.

In rei uendicatione tamen ſeruatur q̄
dam ſpecialitas.quia ut ſit in mora poſ/
ſeſſor quo ad interitu3 qui prius fuit bo
nefidei.diſtingue.quia aut habuit iuſtā
cauſam litigandi.ut quia non credebat
eſſe actoris.& tunc nullo modo de inte
ritu tenetur.ut.ff.de rei uendi.l.utiq3.
aut non habuit iuſtam cauſam litigandi
& tunc ſi res non erat eodem modo peri
tura penes actorem.niſi forſan quia uen
didiſſet uel a tali caſu precauiſſet tenetur
poſſeſſor.Sed ſi erat eodem modo peneſ
actorem peritura non tenetur.ut.ff.de
rei uendi.l.ſi uerberatum.&.l.utiq3.Et
hoc quando ab inicio habuit bonam fi/
dem.ſed non durauit poſt litem conteſ.
S3 ſi ab inicio fuiſſet malefidei poſſeſſor
indiſtincte teneretur de interitu etiam ſi
eodem periſſet penes actorem.ſufficit e/
nim ꝙ actor potuit diſtrahere.ut.ff.de
leg.i.l.cum res in fin.&.l.ſi ſeruus lega/
tus.§.ſi ſeruus. In perſonali autem ac
tione caſus indiſtincte pertinet ad debi/
torem ſi poſt moram erat reſ peritura pe
nes actorem uel non ut.ſ̄.dixi.Et hec de
communi mora omnibus hominibus lo
cum habent. Specialis autem fit multis
de cauſis. Primo in hereditatis petitio
ne que fit quocūq3 modo ſciat poſſeſſor
hereditatis poſſeſſe a ſe peti hereditatem
ſiue ſit denunciatum ei ſiue per ſeipſum
ſciat ſine denunciatione alicuius heredi/
tatem ad ſe non pertinere.ut.ff.de peté.
here.l.item ueniunt.§.a quo.&.§.petitā.

Secundo in minoribus.xxv.ann.ubi
fit mora re ipſa.ideſt ex ſolo tempore le/
gali tarde ſolutionis.ut.C.in quib.cauſ.
in integ.reſt.non eſt neceſ.l.in minorū

Item propter odium i continenti mo/
ra committi.quandoq3 ut in fure predo/
ne.nam ipſi ſemper in mora ſunt.ut.ff.
de ui & ui ar.l.i.§.rectiſſime.&.l.pe.&
de con.fur.l.in re.furtiua purgatur mo
ra ſi animo nouandi creditor fuerit ſti/
pulatus illud de quo erat in mora uel n̄
animo nouandi ſi res fuerit in preſentia.
Item purgatur mora ſi debitor offerat il
lud de quo erat in mora.& hoc quantū
ad interitum euitandum nam obligatio/
ne facta de interitu non tenetur.ut.ff.de
condi.fur.l.perui.&.ff.de condi.ſolu.l.
qui decem.§.primo.

Valet cum ſi quis ſtipuletur rem
que non eſt ſed in futurum ſperaba/
tur.

Ste.§.dicit ꝙ ſi quis ſtipulet̄ rē
que non eſt ſed futura ſperatur
ꝙ ualet ſtipulatio.Et ponuntur
exempla in littera de futuro partu ancil
le & futuris fructibus quas res ſi ſtipu/
lor mihi dari ualet ſtipulatio.nam licet
tales res non ſint future tamen ſperatur
ideo ualet ſtipulatio ut tantum debeam
expectare donec naſcantur. Ineſt enim
ſemper tacita conditio ſi naſcantur.& ſi
id quod naſcitur ſine culpa promiſſoris
conſumptum ſit uel ſi nihil natum fuerit
in anno illo in quo ſtipulatio concepta
fuerit.rurſus debeam expectare donec
iterum naſcantur & dari poſſunt.ut.ff.
de uerbo.obli.inter ſti.§.rem ſacram.
ſic & uendi poſſint nedum ſtipulari fu/
turus partus ancille & fructus futuri &
ineſt conditio ſemper ſi naſcantur uale/
at uenditio & intelligitur ualuiſſe retro
a tempore contractus. Si tamen uendi
tor egerit ne naſcantur uel ſi certum eſt
naſci non poſſe.ut quia uendidit futu/
rum partum ſterilis ancille tenetur ex
empto ad intereſſe.ut.ff.de contrahen.
emp.l.empto.&.ff.de action.emption.
ſi ſterilis.ſi autem non naſcantur non
tenuit uenditio & emptor precium ſol/
uere non tenetur.ſed quid ſi iam ſol/
uat. Reſpondeo poterit repetere ſi ille
uenditor dixit uendo tibi ſi naſcātur.ut

UVA. BHSC. IyR_072

ff.de contrahen.emp.l.ſi debitor.§.i.ſed ſi ſimpliciter dixit uendo tibi fructus ta/lis predii.precium non repetit emptor ſi nati non fuerint fructus ſed expectat do/nec naſcantur.ſeu ſi dixit uēdo de eo qđ natum fuerit in tali predio.C.corbes. ut ff.de uerbo.obliga.l.inter ſtipu.§. rem ſacram.Et hoc intelligendum eſt quan/do uenduntur fructus de predio ſpecifi/cato ſcilicet iſto uel illo.quia ſi ĭ illo pre/dio non naſcantur fructus uel ſi naſcan tur. & medio tempore pereant aut gran/dine uel alia intemperie aeris uenditoris erit periculum.ut.ff.de peri.& cōmo.rei uen.l.ꝙ ſi pendente.tenetur ad precium reſtituendum ſm quod ſuperius dictum eſt. Et hinc eſt ꝙ tabelliones in talibus uendicationibus non ſpecificant prediū ſed in genere dicunt tu uēdis mihi.x.cor bes uini dandi mihi de menſe ſeptembris aſſerentes ꝙ exquo in genere promiſit.x. corbes frumenti uel uini futuri ſemper tenetur eſto ꝙ in ſuis prediis nihil naſ/catur.nam quod ĭ genere debetur perire non poteſt.ut.ff.ad.l.fal.in ratione.§.in certe.quod facere poſſūt.ſed emptor ha/bebat incōmodum ex hoc. quia uinum uel frumentum in genē non adiecta bo nitate promittit & non ſpecificatē de quo predio quodlibet uinum uel frumentuꝫ etiam uiliſſimum dare poteſt.ut.ff.man. l.fideiuſſionem.& ideo poſſent predium ſpecificare ſic dicendo. uendis.x. corbes frumenti de eo quod naſcitur in tali pre dio uel eque bono.uel.x. corbes uini de eo qđ naſcetur in tali uinea uel de eque bono.& tunc ſemper tenebitur uenditor ſeu promiſſor licet naſcatur ĭ predio ſpe cificato & eque bonum. ut eſt illud qđ naſcitur in ſpecificato. Tertio ponitur exemplum de iactu retis. de quo ſcias ꝙ ſi iactum retis emo pro certa quantitate pecunie quod emptio ſemper ualet capi/antur piſces uel non. Nam ſpes ſucce/dit loco rei uēdite.ſpem capiendi uideor emiſſe.ut.ff.de contrahen.emptio.l. nec emptio.

Item prohibita eſt alienatio mancipii.

Udeus uel paganus uel hereti/cus emere uel habere.uel modo aliquo poſſidere non poteſt ſer/uū chriſtianum. alioquin ad libertatem peruenit mancipium chriſtianum anteq̄ poſſideretur ab heretico ſiue cum cepit poſſideri ab heretico non erat chriſtia/num & poſtea chriſtianatum eſt.ut.C.đ epi.& cleri.l.ulti.&.C.ne iudeus uel he/reticus.l.i.Et ſi aliquis predictorum mā cipium chriſtianum poſſederit pena exi/lii ei imponitur.ut preallega.l.i.C.ne iu deus uel hereticus.

Item prohibetur alienatio illarum re/rum que a commercio hominum exem/pte ſunt.

Ictum eſt ſupra de quibuſdam rebus ſuper quibus contrahere non poſſumus natura inhiben/te.quia non ſunt neqꝫ unquam fuerunt. Sequitur de quibuſdam rebus ſuper quibus contrahere non poſſumus. quia exempte ſunt a commercio noſtro ideſt a facultate contrahendi. Eſt enim com/mercium generale nomen ad omnes cō/tractus.Unde iſte non habet cōmerciū ſuper tali re.i.non habet facultatem con trahendi.& ſunt iſte res que hic ponunē exempte a cōmercio hominum quinqꝫ.ſ. res ſacra.religioſa.ſancta. publica.& li/ber homo.De quibus eſt uidendum. Et primo de re ſacra.Et circa rem ſacrā ui/deamus que ſit res ſacra.& poſtea quid iuris ſit circa rem ſacram. Res ſacre di cuntur ſecundum ꝙ littera dicit ille que publice & non priuatim per pontifices dedicate ſunt ut eccleſie.ut.ff.de re.diui. l.intantum.§.ſacre.& inſti.de re.diui.§. ſed ſacre.Et exponuntur uerba ſicut res ſacre ſunt que ſunt dedicate ideſt deo da/te per pontifi ces ideſt per papam epiſco pos & archiepiſcopos qui habent aucto ritatē de hoc publice & non priuatim.ec cleſia enim publice & non priuati conſe crari debet.ita ꝙ peccatoribus omnibus liceat publice ad eam ire & ueniā pecca torum ſuorum ibidem petere.Sed quidā

UVA. BHSC. IyR_072

doctor me⁹ circa iſta uerba ſic dicebat
publice ideſt per publicam perſonam.
ut epiſcopum uel alium qui auctoritatē
habet de hoc & non priuatim ideſt non
per priuatam perſonam que de hoc au/
ctoritatem non habeat. Si enim priuata
perſona ſua auctoritate uellet conſecra/
re dicendo orationes que dedicando di/
cit epſ illud non eſſet ſacrum ſed pro/
phanum dicebat ipſe.ut inſti.de re.diui.
§.ſi quis uero auctoritate. Et no.circa
iſtas res ſacras ꝙ quedam ſunt immobi/
les.ut eccleſie quibus etiam diruptis ad/
huc locus ſuper quo conſtitute erant ſa
cer remanet.ut inſti.de re.diu.§. ſi quis
uero. Quedam ſunt mobiles ut cruces
calices & thuribula. & alia ad diuinum
miniſterium deputata.ut inſti.de re. di.
§.nullius.uerſi.ſed ſacra. Viſo que ſit
res ſacre ſciendum eſt ꝙ regula generali
ipſe alienari uel obligari a lege prohibē
tur.ut inſti.de re.diui.§.nullius.&.C.de
ſa.ſan.ec.l.ſanximus & aut.multo magiſ
& ſi contra fiat alienatio non ualet in p̄/
iudicium eccleſie. immo uendicari poſ/
ſunt a prelatis eccleſiarum uel ab ycono
mis.uel ab aliis qui ſacra uaſa cuſtodiūt.
uel ab epiſcopis quibus ſubdite ſunt ec/
cleſie quarum res alienate ſūt. Sed an
emptor aget ad intereſſe ſuum contra ec
cleſiam. Reſpondeo non.Sed an contra
illum qui ſibi uendidit actionem habe/
bit diſtingue quia aut deceptus fuit a uē
ditore qui iſtas res uendebat tanq̄ priua
tas emptore ignorante eas eſſe ſacras &
tunc ad id ꝙ ſua intereſt ſe deceptum nō
eſſe aget contra uēditorem.Si autem ſcie
bat rem ſacram eſſe & ſcienter emit non
aget.ut inſti.de emp.& uen.§.ſi. In ca
ſu tamen fallit in quo res mobilis ſacra a
lienari poteſt.ut ſi eccleſia debitum ha/
beat.ꝙ aliunde ſoluere non poteſt & ua
ſa ſuperflua habeat.nam tunc illa ſuper/
flua uaſa. uel ueſtes ſuperflue alienari
poſſunt integra aliis ueneralibus locis
uel conflata perſonis priuatis.ut.C. de
ſac.ſan.ecc.auten. preterea. Item & cau
ſa redemptiōis captiuorum alienari poſ/
ſunt res tales.ut.C.de ſa.ſan.ec.l.ſanxi/
mus.In ipſa tamen eccleſia remanet re/
gula firma ut nunq̄ alienari poſſit.ut ad
ſecularem deueniat ſtatum.ut autē.mul/
to magis. Petrus de unzola./

Religioſe res ſunt.]

Eligioſe res ſunt ſepulcra in qui
bus corpora hominum ſepulta
ſunt. Et fit religioſus locus in
continenti cum homo totus ſepultus ē.
Et idem ſi pars hominis ſepeliatur in ali
quo loco ymagie cuius hominis cognoſ
catur. ut caput. Et nota ꝙ propria au/
ctoritate poteſt quis locum religioſum
facere ſepeliendo mortuum in locum ſu
um.Et fit locus religioſus quatenus cor
pus humanum eſt.non totus.ſ. ager ſed
locus qui ſepulture deputatus eſt. Et ſe
cundum iura non ſepeliuntur in ciuita
tem.& ſic ſepelliantur non fit locus reli
gioſus.ut.C.de religioſis.l.mortuorum.
Sed ex conſuetudine eccleſiaſtica hodie
facit talis ſepultura locum religioſum.
In alienum autem locum non licet con/
tra uoluntatem domini mortuum infer/
re. ſed eo conſenciente uel eo poſtea ra/
tum habente.ſic locus religioſus effici/
tur. ut hec probantus inſtit.de re.diui.
§.religioſum.&.ff.de religioſis.l.ii.§.ſe/
pulchrum.&.l.cum indiuiſeris tales ita
ꝙ religioſe res non poſſunt alienari nec
uendendo nec alio modo in alium trāſ/
ferendo.ut.C.de religio.l.locus.& ſi em
ptor ſcienter accepit non agit contra uē
ditorem.Si ignorans agit ad id quod ſua
intereſt ſe deceptum non eſſe. Ius au/
tem inferendi mortuum in ſepulcrū po/
teſt quis uendere & legare.ut.C.de leg.
l.monumenta. Sed nunquid ſi aliquis
uendat uel leget ſepulcrum uidebitur
cedere ius inferendi mortuoſ.& uidetur
ꝙ ſic.ut.ff.de contrah.emp.l. qui taber/
nas.&.ff.de leg.i.l.ſi domus.§.ſi. Si ue/
ro locus eſſet paratus ad hominem ſepe
liendum nondum tamen in eo ſepultus
eſſet aliquis tunc non eſt locus religio/
ſus.& ideo uendi poteſt & alienari ut fra
tres tota die faciunt. Monumentum



UVA. BHSC. IyR_072

autem eſt generale nomē. Et dicitur monumentum memorie cauſa in poſterum proditum in quo ſi corpus inferatur dicitur ſepulchrum & eſt res religioſa. Si uero nihil eorum inferatur erit monumētum memorie cauſa factum.

Sancte res ſunt.

Ancte res ſunt muri porte ciuitatum & municipiorum. nam in municipiis muros eſſe ſanctos. Sabinum recte reſpondiſſe Caſſius refert prohiberi quia oportere ne quid his imitetur. ut. ff. de re. diuiſio. l. iii. §. fin. & dicuntur iſte res ſancte a ſanctione quadā firmate eo ꝙ defenduntur per ſanctionē ideſt per legem que penam ponit illis q̃ tales res uiolarent. ſcangendo muros aſcendendo uel aliter q̃ per portas ingredi non licet. ut. ff. de re. diuiſio. l. fi. nam ciues romanos aliter q̃ per portas ingredi non licet. Vnde Romulus dominus ciuitatis romane occidi fecit fratrem ſuū Romum. quia contra ſuum fecerat interdictum in tranſcendendo muros. Vnde Lucanus. Fraterno primi maduere ſanguine muri. Et circa hoc ſcias ꝙ muri & porte ciuitatis romane diuini muneris ſunt alias iuris quodammodo. & ideo in bonis nullius ſunt. & a commercio hominum exēpte ſunt. muros autem aliarū ciuitatum uel caſtrorum non licet reficere ſine preſidis uel principis auctoritate nec aliquid eis ſubiungere uel ſupponere. ut. ff. de rei uendi. di. l. ſacra. §. muros Et forſan non licet priuato homini. uniuerſitati tamen licet. ut. C. de edifi. priua. l. omnes. uel non licet priuato ad cōmodum ſuum. licet autem ad publicam utilitatem ſ'm Azo.

Flumina publica ſunt.

Es publice ſunt flumina fere omnia & portus. & ideo per ipſa flumina cuilibet licet nauigare & piſcari. ut. ff. de re. diui. l. interim in fin. Fere ideo dicit ꝙ ad tempus fluunt. ut rapo & mellum & cellum que ſunt priuata. ut ff. de flu. mi. l. i. §. lu. Vſus etiam riparum fluminum publicorum publicus eſt ſicut & uſus fluminum itaq; naues ad eas applicare funes arboribus ibi natis religare recia ſiccare onus aliquod in hiſ reponere cuilibet liberum eſt ſicut per flumina nauigare. ſed proprietas illorū eſt quorum prediis adherent. Qua de cauſa arbores quoq; in eiſdem ripis nate illorum ſunt qui predia ibi poſſident. ut ff. de re. diui. l. riparum. Sed quid ſi piſcator uelit nauim ſuam applicare ad arborem meam natam in ripa fluminiſ. uel retia ſua ad eam ligare & deſiccarē & ego arborem incidere uolo & ita contendimus ibi ad inuicem. Reſpondent gl. preferendum eum qui uult ſiccare uel ligare nauem. quia publicam utilitatem pretendit. alius priuatam & communis utilitas eſt preferenda priuate ut i autenti. de non alie. §. quia ueriſimiliter in fi. Alii deferunt occupati. ut ſi ille primo incepit ligare preferatur. & ſi ego primo incepi inciderē preferat. ut. ar. C. de uſucapio. l. fin. Item publica ſunt que ſunt in uſibus populi deſtinata ut theatrum & forum & ſtadium. & eſt ſtadium octaua pars miliaris. & dicitur ſtadiū a ſtando locus ubi currebatur & prefixum erat uſq; quo currerent & fertur hyſtoriace ꝙ Hercules uno anhelitu per quinq; ſtadia currebat Theatrum dicitur a theoro quod eſt inſpicere. & eſt proprie locus in quo ſtant gentes multe ad uidendum aliquod ſolatium uel pugnam aliquam ut in arena Veronen. ſed forum hic ſumitur pro loco quoddam uſibus populi deſtinato. ubi cauſa mercandi & negociandi gentes ad inuicem conueniunt

Et circa hanc materiam notandum ē. ꝙ quedam dicuntur publica proprietate & uſu. ut illa de quibus ſupra dictum eſt ſcilicet theatrum & ſtadium & alia in ciuitatibus exiſtentia & uſibus omnium de populo deſtinata. ut que ſunt in dominio omnium de uniuerſitate & illa ubi ſunt res tales & in uſu etiam publico omnium ſunt. & iſte ſunt exempte a com-

UVA. BHSC. IyR_072

mercio noſtro. non enim ſuper talibus
contrahere poſſimus.ut.ff.de contrahē.
emp.l.ſed celſus. Quedam ſunt pu/
blica proprietate tantum.ut illa que ſūt
in patrimonio alicuius ciuitatis non ta/
men uſibus publicis deſtinata.ut molē/
dina communis Bononien.& predia ci/
uitatis.Iſta enim omnium de ciuitate do
minio uſu tamen publico non ſunt.& ſu
per iſtis non eſt interdictum commerci
um ut hec notari uidentur.ff.de uerbo.
ſig.l.inter.&.ff. de contrahen.emp.l.ſꝫ
celſus.in pri in. Viſo de rebus ſacris re
ligioſis ſanctis & publicis.Eſt uidere de
libero homine.& quia rubrica de diuiſio
ne perſonarum dictum fuit qui ſint libe/
ri & qui ſerui non dico ad preſens. Sed
ſcias ꝙ ſuper libero homine non habe/
mus commertium.nam qui liberum ſciē
ter emit fruſtra emit.ut.ff.de contrahē.
emp.l.ſed celſus.Sed ſi quis ignorans li
berum hominem emat ualet emptio quā
tum ad obligationem inducendam con/
tra uenditorē liberi hōīnis nō ꝯſiderata
ſciētia uel ignorātia uēditoriſ ex quo em
ptor ignorat.ut.ff.de contrahen. emp.l
liberi.& inſti.eo.§.fi. Libero autem ho/
mini qui uenditus fuit non nocet ut ſer/
uus propterea efficiatur.niſi in tali in uē
ditione omnia interueniſſent que de iure
interuenire debent que notata fuerunt
ſupra de perſonis & perſonarum diuiſio
nibus in.§.tertia diuiſio eſt. Permitti
tur tamen quandoq; uenditio liberi ho/
minis & ualet quod ſit ut etiam liberi ho
mini uenditio noceat.ut ſi pater propter
neceſſitatem famis uendat filium ſuum
quo caſu propter neceſſitatem famis tan
tum permittitur filios uendere. ex qua
uenditione filius iſte efficitur ſeruus.ſm
Ac.ut.C.de pa.qui fi.di.l.ii. Sed an ꝑ
pter ſimilem cauſam poterit pater uen/
dere filium. Reſpondet Acur. non cum
hoc non inueniatur. Quare ergo dant
filiiᵃ a patribus pro hoſſidibus tota die ex
aliqua cauſa. quia uſurpatum eſt non ta
men de iure eſt. Sed an propter neceſ
ſitatem famis poterit filios obligare.Re/
ſpondeo ſic quia cuilibet quod maius eſt

& qd' minus ē licere debet.ut.ff.de reg.
iur.l.non debet. Item an hoc liceat ma/
tri.Reſpondeo non.ar.C.qd' de tranſac.
l.tranſactio. Vnum tamen ſciendum eſt
ꝙ ſi pater qui filium uendit uult preciū
reddere emptori.uel ipſe filius uenditus
uel alius pro eo uult reddere precium.
uel alium ſeruum ita idoneum ut iſte eſt
loco illius dare & emptor ſponte recipe/
re uelit.uel ſi offeratur ei & deponatur
ꝙ iſte recuperet ingenuitatem.ut preal.
l.ii. C.de pa.qui filios diſtraxe.

Cetere autem res eccleſie.

Ictum eſt ſupra de quibuſdam
rebus eccleſie ſacris.ſ. an aliena
ri poſſunt. Sequitur uidere đ
rebus eccleſie priuatis.ut de prediis & ſi
milibus an alienari poſſint. Queritur
ergo in.§.iſto an res priuate eccleſie poſ
ſint alienari.Et reſpondetur cum diſtin/
ctione quia aut ſunt res mobiles. aut im
mobiles. Si ſunt mobiles que ſeruando
ſeruari non poſſunt.ut fructus & ueſtes
detrite & animalia ſuperuacua uendi poſ
ſunt ſine aliqua ſolemnitate ad ſimilitu/
dinem rerum pupillorum talium que a/
lienari poſſunt a tutore ſine decreto.ut.
C.de admini.tut.l.lex que.&.l. ulti.quā
do decreto opus non eſt. Si autem ſint
res imobiles eccleſie quas uelit platus a/
lienare.an hoc facere poſſit.recitat.§.no
ſter duo iura.ſ.ius. ciuile & ius canoni/
cum. Et primo uideamus ea que ſeruan
tur circa tales res de iure ciuili. Secū/
do que de iure canonico ſeruantur que
in talibus rebus obtinet. Sciendum ē
ꝙ ius ciuile ponit circa tales res talem re
gulam. Res immobiles eccleſie alienari
non poſſunt.Et intelligendum eſt iſtud
nec uendendo nec donando. nec modo
aliquo in alium ad proprium transferen
do.ut.C.de ſacroſan.eccle.autē.hoc ius
porrectum.& in auten.de non alienam.
§.nos igiť. Fallit hec regu la ſi eccle/
ſia debitū habeat ꝙ ex mobilibꝰ ſolui n̄
poteſt cōmode.quo caſu ꝓcedi debet in
alienatiōe quia res īmobiles eccleſie pri/



UVA. BHSC. IyR_072

mo ſpeciali datur pignori creditori.ut ſi/
bi tam in uſuras q̃ in ſortem ſatiſfaciat.
Et ſi creditor accipere noluerit quia tan/
tum uelit debitum ſuum habere.tunc ab
bas uel alius p̄latus eccleſie iuret debitū
exiſtere & ex mobilibus ſolui non poſſe.
& hoc ſi ipſe ſciat alioquin non cogitur
periurare.Sed alii iurabunt qui ſciunt.
Et preſtatur hoc iuramentum apud eum
a quo ordinatur iſte qui alienat.ſ.abbas
apud epiſcopum & epiſcopus quãdo uē/
dit apud archiepiſcopum.Et archiepiſco
pus quãdo uendit duo epiſcopi ſunt ne/
ceſſarii.& ad hoc iuramentum conſenti/
re debent fratres ibidem ſeruientes.ut ſu
per ſuam animam iurēt uel ſaltem maior
pars fratrum conſentire debet.que atten
ditur primo in numero. ſecundo in di/
gnitate.ut. ff.de pactis.l. maiorem non
connumeratis ſeruientibus ſed ordinatis
mederi. Si uero quidam abſunt opor
tet duas partes ordinatorum eſſe preſen/
tes ſed ſufficit maiorem partem duarum
partium conſentire.ut.ff.de certis arbo.
ſa.l.i.&.l.iii.&.ff.ꝙ cuiuſq; uniuerſitatis
l.nulli.&.l.plane.quo facto per.xx.dies.
uenalem eſſe publice ſit notatum.Et pluſ
offerenti detur precio modis omnibus
dando pro debito.emptor enim ſoluere
debet precium creditori eccleſie.& iſcri/
batur nihil eſſe factum in damnum eccle
ſie ideſt ſcribatur in iuramẽto quod pre/
ſtatur ꝙ nihil fabricatum eſt i damnū ec
cleſie. Et ſic nota ꝙ ſcriptura fieri de/
bet alias non ualeret iſte contractus.ut.
C.de ſacroſanc. eccle.l.iubemus in fine.
Cum iſtis ergo ſolennitatibus ſcilicet ſi
debitum habet & ſi conſentiant fratres
ſed eccleſia habet collegium.alias autem
ſolus prelatus ſufficeret & cum auctori
tate ſuperioris & cum inquiſitione & ſo/
lennitate.quam ſupra dixi ualet alienatio
rei eccleſiaſtice.aliter enim ideſt niſi pre
dicta ſolennitaſ ſeruetur uel niſi precium
creditori ſoluatur res emptori non con/
ceditur.Et predicta ſunt uera ſi emptor
reperiri poteſt.Si autem emptor inueni/
ri non poteſt.tunc res diſtincte exiſtima
ta creditori detur inſolutum adiecta in
precio decima parte uniuerſe exiſtimatō
nis.Et attende conſenſu epiſcopi & maio
ris partis ibidem ſeruientium. Sed qd
eſt dicere adiecta decima parte uniuer/
ſe extimationis in precio.Reſpõdeo plu/
ribus nobis exponitur.Primo ſi reſ ualet
nouem detur pro.x.Sed certe tunc non
adderetur decima ſed nona.uel aliter ſi
res ualet.x.accipiatur pro.ix.ſecundum
Azo.& ſecūdum hoc fit additio eccleſie
uel aliter ut ſi res ualet.ix. accipiatur ꝓ
x.& ꝙ dicit adiecta.ſ.uenditori. ut cum
grauatur in uno.quia inuitus accipit illđ
pro alio releuetur in hoc.ut.ff.de iureiu
ran.l.eum qui. Item hoc eſt ſpeciale. ut
inuitus accipiat aliud pro alio regulari/
ter contra.nam aliud pro alio inuito cre
ditori ſolui non poteſt.ut.ff.ſi cer.pet.l.
ii. Et no.ꝙ res eccleſie que datur pro
debito debet eſſe mediocris inter alias.
Poteſt ergo predicto caſu alienari res ec
cleſie cum debitum urget.Item in ſecun
do caſu alienat ſcilicet permutando cum
alia eccleſia.ut in auten.Item ſi inuicem
ſeruata tamen idemptitate utriuſq; & cū
auctoritate epiſcopi & conſenſu ſeruien/
tium. Item permutare cum Imperatore
poteſt.ut in autem ſed & permutare. Itē
alienare poſſet cauſa redemptionis capti
uorum.ut in auten.de alienat.& emphi.
§.ſanctas.Item ſi eccleſia habeat prediū
inutile propter onus tributorum poterit
uendere illud hoc iurante prelato ideſt
ꝙ ex alia cauſa.non alienat.ut in auten.
Item predium. Porro ſi res immobi/
les eccleſie non ſeruata ſolennitate ſupra
dicta alienetur.contractus ipſo iure non
ualet & eccleſia rem illam recuperare po
terit nec ille qui rem emit contra eccleſi/
am uel alio titulo acceperat actionem ad
precium repetendum habebit. ſed cõtra
illum ſic. Sed quid ſi ille qui alienauit
non eſt ſoluendo uel cum nihil habet
cum ſit unus de monachis. Reſpondent
quidem ꝙ eccleſia tenetur per conditio/
nem ſine cauſa ſi eſt locupletior.quia nõ
debet ditari cum alieno damno. ut.ff.de
con.in.l.nam uel melius dicendum eſt
ut contra eccleſiam agere non poſſit.nã

UVA. BHSC. IyR_072

propter ſuam penam ſoluit & quod pe-
ne cauſa ſoluitur non ſolet repeti. ut.ff.
de condi.indebi.l.pene.& ſic ab eccleſia
non repetit. Itē damnum quod quis ſua
culpa ſentit ei imputare debet. ut.ff. de
reg.iur.l.ꝙ quis.preterea lege permittē-
te lueret eccleſia.& hoc eſt de iure ciuili
inducta circa res immobiles eccleſie.
Eſt ergo tractandum an ſm ius canoni-
cum res immobiles eccleſie poſſint alie-
nari. Et circa hoc ſciendum eſt. ꝙ i hoc
multum concordat ius canonicum cum
iure ciuili. nam ſicut de iure ciuili res i-
mobiles eccleſie regula generali alienari
prohibentur.& ſic de iure canonico.ſed
tamen in hoc aliquātulum uariatur. qa
latius permittitur alienatio a iure cano-
nico q̄ a iure ciuili.nam ſm ius ciuile p-
mittitur alienatio ſi interueniat cauſa le-
gittima.auctoritas maioris.i. epiſcopi &
conſenſus capituli. & iſta eadem tria de
iure canonico debent iteruenire. Se cau
ſe ſm ius ciuile ſunt multū ſtricte & pau
ce.non enim niſi propter debitum uel
redemptionem captiuorum.uel perpe-
tuam dando emphytheoſim.uel propter
onus tributorum.uel permutando cum
alia eccleſia.uel cum principe.ut ſupra i
precedenti.§. dixi. ſed de iure canonico
non illis de cauſis. ſed propter quālibet
utilitatem euidentem eccleſie.unde ſi uti
lis cauſa interueniat cum aliis duobus.ſ.
auctoritate epiſcopi & conſenſu capitu
li ualet alienatio ſm ius canonicum. Itē
pluries eſt habendus conſenſus capituli
uel maioris partis ſaltem ter de iure ca-
nonico ſi eccleſia collegiata eſt de quo
conſenſu fiet publicum inſtrumentum.
quod inſtrumentum inuenies dictatum
in aurora in inſtrumento emphytheoſis
& ſi non habet collegium ut quia capel-
la quedam eſt.tunc ſufficit ſolus rector
cuꝫ auctoritate epiſcopi & utili cauſa ut
dixi.& ſi alienatio fiet nō ſeruata iſta for
ma de iure canonico contractus non ua
let & emptor non aget contra eccleſiam
ut ſupra dixi in.§. porro.& hec allegata
inuenies in aurora ſuper inſtrumento
uenditionis facte ad proprium ab eccle-
ſia.ubi tñ dixi ſuper re eccleſie.cōtractū
de iure tenere ibidē per beneficium reſti
tutionis in integ.ipſi eccleſie ſuccurritur
ſi in modico damno leſa deputatur.ut ꝑ
al.inſtro plene no. Sed hic quero qd i
actione competente eccleſie pro quali-
bet re nunqd poterit cedi uel alienari.
Et uidetur ꝙ non.ut.ff.de iure deliberā
di.l.ait pretor.§.qd ſit licet diſtigui poſ
ſit ut rum pro re mobili competat & tūc
ualeat an pro re immobili & tūc nō ua-
leat.ut no.uidetur i auten. de non alie'.
circa prin. Vltimo ſciendum eſt ꝙ in
aliquibus caſibus omnino prohibetur a-
lienatō rei eccleſie. Primus eſt qa ipm
monaſterium ſeu ipſa eccleſia alienari ñ
poteſt ad hoc ut deueniat in antiquum
& ſecularem ſtatum.ut.C. de ſacroſan.
eccle.autenti.multomagis.& in autenti.
de mo.§.qa uero.Et etiam ſi fieret quod
fieri non debet alias poteſt ut dixi nō de
ſineret propterea eſſe ſacra.ut.ff. de re.
diui.l.intantū.§.ſacre.Nam res ſacra nū
q̄ deſinit eſſe ſacra.niſi cum capta eſt ab
hoſtibus.ut.ff. de religi.l.cum loca.

Secundus eſt ſi imperator dedit rem
aliquam eccleſie quia illa alienari prohi
betur.ut in auten.hoc ius porrectum.C
de ſacroſanc.eccle. Tercius caſus eſt ſi
res aliqua dōata fuit eſſe eo pacto ne alie
netur.Nam tale pactum eſt ſeruandum.
ut in auten.de ali.& emphi.§. ſanctiſſi-
mas.&.A.de rebus alie. non alie.l.fina.

Quartus caſus eſt quia res eccleſie in
hereticum alienari non poteſt.ut in au-
ten.de eccle.titu.§.iubemus. Quintꝰ
eſt ut res eccleſie nō alienātur ſi ipſemet
prelatus qui adminiſtrat uel yconomus
emeret.uel cognatis ſuis uel agnatis uē-
deret.ut in auten.de ali.& emphi.§.ico-
nomus.hiis enim caſibꝰ prohibetur alie
natio & ſi tali modo fieret in quo alias p
mitteretur quod eſt in caſibus quādoqꝫ
ut pmittatur alienatio rei eccleſie.ut.ſ.
dixi in.§.poteſt ergo. &.§.eſt ergo tra-
ctandum.& hoc de cōtractibus mutu.ra
tione rerū dicta ſufficiāt.Reſtat ergo ui
dere quibus modis dominia rereum no-
bis acquirūtur. Petrus de Vnzola.



UVA. BHSC. IyR_072

## Quibus modis dominia rerum nobis acquiruntur.

Ictum eſt ſupra in precedenti ru
brica de rebus inutilibus ſuper
quibus regulariter contrahere
non poſſimus. & per conſequentiam quã
dam regulam alias relictum eſt nobis
ceteras alias res utiles eſſe & in commer-
cio hominum deduci poſſe. Sed quia re-
rum utilium dominium certis modis no
bis acquiritur. ideo preſens rubrica tra-
ctare intendit de modis quibus dominia
rerum nobis acquiruntur. & propterea
intitulatur hec rubrica. Quibus mo-
dis dominia rerum nobis acquiruntur
zc. Et iſte titulus dominii primo ponit
quoſdam modos inuentos a iure genti-
um per quos dominia rerum nobis ac-
quiruntur. Secundo ponit quoſdam
modos a iure ciuili introductos quibus
etiam dominia rerum nobis queruntur.
& antequam iſtos modos proſequor pre
mittit quoddam preambulum in quo de
clarat ex quo iure dominia rerum acqui
runtur & deſcriptionem iuris gentium
& ciuilis ſubiungit. Et ſic dici poteſt ꝙ
tres contineat partes titulus iſte. Pri-
ma ponit preambulum. Secunda mo-
dos inuentos a iure gentium quibus do-
minia rerum acquiruntur. Tertia mo-
dos a iure ciuili introductos. Ad pri-
mam partem declarandam ſciendum eſt
ꝙ triplex eſt ius. naturale. gentium. & ci-
uile. & de quolibet aliqua uideamus.

Ius naturale eſt quod natura ideſt de-
us docuit omnia animalia & tunc uerbũ
illud natura erit caſus nominatiui. & di-
ctio quod actiui. Vel poteſt legi ita ut di
ctio qđ ſit nominatiui caſus. & tunc illđ
uerbum natura erit ablatiui caſus. & ex-
ponetur tunc ſic. Illud eſt ius naturale
quod docuit omnia animalia natura id-
eſt per naturam ſcilicet per inſtictum na
ture. Et illud ergo ius naturale non ſo-
lum humani generis proprium. ſed om-
nium animaliũ que celo terra mariqꝫ na-
ſcuntur. Humanum enim genus peritia.
ideſt potentia iſtius iuris naturalis regit᷑
Nam ex hoc iure deſcendit maris & femi
ne ꝯiunctio & educatio liberoꝝ eo enim
ipſo ꝙ pater mouetur ad educationem
liberorum eſt ius naturale & ad hoc etiã
aſtringitur a lege niſi per ſe ſufficiens eẽt
filius ut. ff. de lib. agno. l. ſi quis alibi. §.
ſed ſi filius. peritia & potentia etiam iſti⁹
iuris reguntur animalia que in aere ſunt
ut aues dum enim mouentur ad nidum
faciendum & pullos ſuos ibi nutriendos
ab inſtictu nature ſue faciunt. Item ani-
malia quedam que in terra ſunt etiam fe-
ra & que ĩaqua ſunt. ut piſceſ. etiam peri
tia iſtius iuris naturalis reguntur dũ mo
uentur ad ea que ipſe ĩſtinctus nature do
cuit. & ita omnium animalium propriũ
eſt iſtud ius naturale ut hec omnia pro-
bantur inſti. de iure na. gen. & ci. in pri.
Et ſcire potes ꝙ ius naturale plurib⁹ mo
dis ſummi poteſt. Primo pro lege moſai-
ca. ut inſti. de obli. que delic. naſ. §. i. dũ
dicit furtum prohibitum eſſe iure natu-
rali. nam ibi exponunt glo. ideſt diuino
iuxta illud. Furtum non facies. Secun-
do dici poteſt ius naturale ius commune
hominum induſtria ſtatutum & ius gen.
poteſt dici ius naturale. & ita ſumitur in
ſti. de re. di. §. ſingulorum. ibidem dicit
quarundam enim rerum dominium nã-
ſciſcantur iure naturali. ꝙ ſicut diximus
ius gentium appellatur. Tertio modo
dicitur ius pretorium. ut. ff. de mi. l. i. ibi
dum dicit. hoc edictum. naturalem equi-
dem equalitatem pretor ſecutus propo-
ſuit. Quarto ſumitur pro inſtinctu na
ture & in tali ſignificatione ſumitur ĩ de-
ſcriptione. ſ. poſita. & ſm iſtud ius natu-
rale ita acceptum dominia rerum nobis
non queruntur. quia iſto iure omnia cõ
munia erant. & ideo ſũma noſtra nõ tra-
ctauit hic in littera de iure naturali.

Ius gentium eſt quod eſt cõmune om
ni humano genere. i. omnibus hominib⁹
ſiue quo omnes gentes fere utunt᷑. fere
ideo dicit propter quoſdam q non utun
tur ut homines ſilueſtres. qđ ius gen. na
turali recedere facile intelligere licet. qa
id omnib⁹ anmialibus cõmune eſt q̃ ſũt
i celo mari terraqꝫ. ſed iſtđ hũano gener̃

UVA. BHSC. IyR_072

tantum commune eſt.& introductum ē
a gentibus iſtud ius gentium. ab inicio
enim gentes erant pauce.& tamē aliquo
uſu indiguerunt. & quando plures fue-
runt magis ſuas conſuetudines habebāt
& ſtatuta. utputa ut nullus uineam uel
ortum alterius intret. & ita cum gentes
aucte eſſent & conueniſſent neceſſitati-
bus exigentibus fecerūt ſibi leges & ſta-
tuta.quod totum ius gentium appellatū
eſt.ut inſtit.de iur.natura.gen.& ciui.§.
ius autem gentium.& omnibus homini
bus commune eſt ueluti erga deum reli
gio.& ut parentibus & patrie pareamus
ut.ff.de iuſti.& iur.l.ueluti. Et ſic no.
ex hoc filios debere pere parentibus. &
patrie parendum etiam. Vnde Cato di-
cit.pugna pro patria. Item & iuris gē.
eſt ut uim atꝗ iniuriam propulſemꝯ.nā
iure hoc euenit quod quiſꝗ ad tutelam
ſui corporis fecerit iure feciſſe eſtimetur
& cum inter nos natura cognationem
quandam conſtituerit cōſequens eſt ho-
minem homini inſidiari nephas eſſe. ut.
ff.de iuſt.& iure.l.ut uim. Et nota ex
uerbis premiſſis multa bona. Primo qa
iniuriam in iuſte perſone mee ab aliquo
priuato illatam poſſum repellere reſiſtē-
do inferenti & me defendēdo de iure.Nā
quiſꝗ ad tutelam ſui corporis ꝛc.Et quia
cum cognationem quandam nam inter
homines omnes induxerit ideſt parente
lam quia omnes ab adam proceſſimus
nephas eſt ꝙ unus alteri iniurietur.

Sed quid ſi a poteſtate iniuſte fiat in-
iuria.an pati debemus. Reſpondet glo.
Azo.ꝙ ſic.per.l.ff.de iniuriis.l.iniuria
rum.§.ſi quis ſed magiſtratum ſeu pote
ſtatem conueniam.uel durante officio ſi
eſt de minoribus.uel eo finito ſi ē de ma
ioribus.ut.ff.de inius uoc.l.ii.& ibi not.
ut.ff.de iniuriis.l.nec magnatibus.qui-
dam dicunt ꝙ etiam a poteſtate pati nō
debemus ſi nouimus. quando iniuſte fa-
cit iniuriam.qđ uerum uidetur per.l.ff.
ne uis fiat ei.l.i.&.C.de iure fi.l.prohi-
bendum ſm Odof.Et nedum ob tutelā
corpis pugnare debere licet alicui ſed ēt
ob tutelam rerum ſuarum.unde ſi aliqs
uelit mihi auferre poſſeſſionem meam.li
citum eſt mihi reſiſtere & pugnare pro
mea defendenda.dum tamen cum mode
ramine inculpate tutele quod attenditur
in hoc. ut ſi ille inuaſor cum armis ueni
at cum armis reſiſtam ſi ſine armis ſine
armis reſiſtam. ut.ff. unde ui.l.iii.§.
cum igitur. Arma autem dicuntur om
nia tela. hoc eſt fuſtes lapides & haſte.

Sed ſi pugnis unius plus ꝗ alterius
enſis percutit. Reſpondet glo.defendet
ſe alter enſe propter inequalitatem.cum
uim ui repellere omnia iura clamant.ut.
ff.unde ui.l.i.§.unde ui. Item non qđ
eſt neceſſe.ut prius percutientem expe-
ctes.quidam ut la.ꝙ ſic.ut.ff.ad.l.acql.
ſi ex plagariis §.tabernarius.ſed do.Az.
& Acur.contra.nam ſi expectat et ꝙ in-
uaſor percuteret forſan nunquam poſſet
repercutere. ſufficit ergo furor armorū
ideſt ꝙ inuaſor petit poſſeſſionem.ut in-
uadat eum armis uel ꝙ terreat eum ar-
mis. & ſic poſſeſſor utatur contra eum
armis.ut.ff.unde ui.l.iii.§.qui armati.&
ff.ad.l.acquil. ſed & ſi quocunꝗ. Item
moderamini inculpate tutele.attenditur
etiam in hoc ut incontinenti fragrante
adhuc maleficio uiolenter inuaſor repel
latur ut ad defenſionem non ad ultionē
uel uindictam fieri uideatur. ut.ff.unde
ui.l.i.&.ff.ad.l.acqnil.l.ſcientiam.§.cō
alter. nam ex interuallo inuaſorem re-
pellere non licet.nec etiam incontinenti
ſi fiat ad uindictam. ſed ad defenſionem
repelli poteſt auctoritate propria ſi incō
tinenti fiat.ut.ff.unde ui.l.iii.§.cum igi-
tur.& incontinenti ſic accipitur ideſt an
tequam ad alia diuertat negocia. ut.ff.
de uerbo.obli.l.continuus.i.ꝛc.& dixit.
la. ꝙ preſumitur filius ad defenſionem
exquo incontinenti fiat.ut.ff.ad.l.acql.
ſi ex plagariis.§.tabernariis.Sed Io.con
tra ex eodem.§. & ex qualitate facti & ꝑ
ſonarum preſumitur ad uindictam uel
ad ultionem. Quid enim ſi humilis
& abiecta perſona me de poſſeſſione ex-
pellat. & ego eum ui expellam.certe ad
ultionem & non ad defenſionem uideor
feciſſe ſm Iohā.Vel quid ſi pro uiolento

UVA. BHSC. IyR_072

paratus eſt aliquis ſatiſdare de poſſeſſione in continenti reſtituenda & omnimodo ſatiſdet certe ad ultionem fieri uidet ſecundum Io. Azo. dicit q̄ preſumitur fieri ad defenſionem exquo incōtinenti fit. Sed cōtrarium probari poteſt ſcilicet q̄ data opera oculum effodit poſſeſſor uiꝫ inferenti neq; ad ſui defenſionē per pre allega. l. ff. ad. l. acquil. ſi ex plagariis. §. tabernarius. ut hec omnia probatur. C. unde ui. l. i. Ex prefato utiq; iure gentiū ſunt gentes diſtincte ideſt ſeparate. utputa italia a prouincia regna condita a ſingulis gentibus que ſibi reges elegerunt edificia collata ideſt coniuncta ex qua coniunctione fit ciuitas caſtrum & uilla Et ab iſto iure gentium proceſſerunt cōtractus ſcilicet uenditionis locationis & fere omnes alii. Et iſto iure gentiū dominia nobis acquiruntur multis modis. ut inſti. de re. diui. §. ſingulorum de quibꝰ aliqui in noſtra ſumma ponūtur quos infra habebis. Dicto qđ ſit naturale ius & quod ius gentium. Sequitur uidere quod ſit ius ciuile ſm̄ unā ſignificationē Et eſt ius ciuile illud quod quiſq; populus uel ciuitas ſibi conſtituit. ut ſunt ſtatuta cauſarum. que leges municipales dicuntur. ut inſti. de iur. natu. §. ius autem &. C. de emanci. lib. l. i. Et ſic collige q̄ populi & ciuitates poſſunt ſibi ſtatuta & ordinamenta de iure facere per que ligātur homines de ciuitate illa in qua ſtatuta fiunt. Nam proprium ius eſt ciuitatis illius in qua fit & ab ea denominatur. Vnde ſtatuta ciuitatis Bonoñ. dicuntur ius ciuile Bononie. Si autem dicatur ius ciuile & non addatur nomen per excellentiā intelligitur de iure ciuitatis Rome. ſicut ſi poetam dicimus & nomen non addimꝰ per excellentiam apud grecos Homerus & apud latinos Virgilius. ut probatur. ff. de inſtitu. & iur. l. omnes. & inſtituti. de iure natur. §. populus itaq;. &. §. ſed ius ſi quidem. Et in iſta ſignificatione dicitur ad differentiam iuris gentium. Et accipitur & aliis ſignificationibus ius ciuile in iure ſcilicet pro. l. xii. tab. ut. ff. de inſtitu. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur.

Tertio dicitur diſputatio prudentum que fuit facta ſuper. l. xii. ta. ut. ff. de ori. iur. l. ii. §. hec diſputatio. Quarto modo dicitur ius ciuile omne quod non eſt pretorium. & ſic accipitur. ff. de iuſtic. & iure. l. ius autem ci. in principio. &. §. ius autem. Quinto quicquid ſcriptum habemus de iure dicitur ius ciui. ut cum dicitur eſt enim res ſanctiſſima ciuilis ſapientia que precio nummario non eſt eſtimata. ut. ff. de uari. cogni. l. i. §. proinde

Accipitur etiam aliter ius ciuile. ut nota. inſtitu. de iure natu. §. ius autem. Et notauit do. Azo. ſumma ſua. ſuper eo. ti. quod breuitatis cauſa non dico. Sciendum eſt q̄ ius ci. etiam quoſdam modos induxit ex quibus dominia rerum nobis queruntur de quibus ſumma noſtra aliquos proſequitur in ultima parte huius titu. ut iam infra per exempla patebit.

Sic itaq; diſcuſſo preambulo ſcilicet quid ſit ius ci. nat. & gen. Diſcutiendum eſt modis a iure ciui. & gen. inductis quibus dominia rerum nobis queruntur.

Et primo de modis introductis a iure gen. tanq̄ a uetuſtiori iure. Et ſic not. arg. q̄ uetuſtiores precedere debent ut inſti. de re. diui. §. cōmodius. &. ff. de iure immuni. l. ſemper. Modi ergo a iure gen. inducti multi ſunt. ſed quinq; tantū aliis utilioribus in noſtra ſumma tractātur. Primus itaq; modus per quē dominia rerum nobis querūtur de iure gē. eſt occupatio. & eſt occupare ante capere ſeu ante apprehendere. nam ſi reꝫ que in bonis nullius eſt ante apprehendam q̄ aliquis alius mihi acquiritur dominium eius per occupatiouem de iure gen. Et circa iſtum modum duo ſunt dicenda. Primo quando habeat locum occupatio. Secundo exemplum in terminis ponere. Eſt igitur ſciendum q̄ locum habeat occupatio in rebus que i bonis nullius ſunt. Nam hec eſt regula. res que in bonis nullius ſunt naturali ratione ideſt de iure gen. occupanti concedūtur. ut inſtitu. de re. di. §. fere igitur non autem ſemper credendū eſt. q̄ ſi rē tuam aliqualiter a te remotam ego occupem q̄

UVA. BHSC. IyR_072

propterea eam mihi acquiram.nam ĩ re/
bus que in alterius dominio ſunt nõ uẽ/
dicat ſibi locum occupatio . Et ad hoc
plene uidendum exempla ſubiiciam ad
regulam in animalibus que incelo in ter
ra mariq; naſcuntur ut in littera noſtra
congruenter facit mentiõem. & ante om
nia ſciendum eſt ꝙ animalium omnium
quedam ſunt ſui natura ſemper fera &
nunq̃ manſueta & de iſtis primo dicam
in quibus principaliter habet locum re/
gula premiſſa.& quedam ſunt natura fe/
ra.ſed accidentaliter manſueta.ut pauo/
nes columbi & cerui. que animalia ua/
dũt & redeunt.quedam ſunt ſemper mã
ſueta.ut galine & anſeres. Igitur ſi uadã
uenatum & ferum animal capiam ut leo
num.uel piſcatum & piſces capiam uel
uado aucupatuꝫ & aues ſemper feras ca
piam incontinenti mihi dominium acq/
ritur de iure gen.per occupationem. nã
iſta nullius bonis ſunt. ergo occupanti
concedatur ſecundum regulam ipſam a
lias premiſſam nam piſcationem aucu/
pationem & uenationem continet occu
patio. & hoc eſt uerum ſiue ceperim iſta
animalia in meo fundo ſiue in alieno niſi
a domino fundi prohibitum fuerit ne fũ
dum ſuum ingrediar. nam qui fundum
alienum uenandi ſeu aucupandi gratia ĩ
gredi uult poteſt prohiberi ſi is preuide
rit ne ingrediatur.Et ipſe ſpreta prohibi
tione intrat & aliquid poſt prohibitionẽ
capit illud non facit ſuum. & hec legun
tur in inſti.de re.di.§. fere ibi nec inter/
eſt.§ plane.& ad hoc.C.de re.uen.l.ſi fũ
dum. In caſibus tamen ingredi poſſũ
fundum alienum inuito domino. Pri
mus ẽ cauſa requirẽdi ſeruũ meũ fugiti/
uum.ut.C.de ſeruis fu.l.ſecunda. Se/
cundus eſt ut pecuniam meam in fundo
tuo abſcanditam recipiam. Tertius ca
ſus eſt ſi ingredi uolo gratia glandis le/
gende.ut.ff.de glan.legen.l.prima.glã/
dis autem nomine omnis fructus cõtine
tur ut ibi dicitur. Quartus caſus ẽ ut
uindemiam quam mihi uendidit domi/
nus colligam.ut.ff.de actio.emptio.l. q
pendente.Et intelligo ꝙ iſtis caſibus in/
trare poſſum per fundum alienũ inui/
to domino proponendo actiones com/
petentes contra eum ſi ipẽ prohibeat co
raꝫ legittimo iudice.qui iudex dabit po
teſtatem intrandi ex cauſis ſupradictis.
quod pro aliis cauſis uel rebus forſan cõ
cedere non haberet. Et hoc ſi iurauero
primo non calumniandi animo effodere
colere exportare.ut dictis legibus not.
Non autem credas ꝙ ſi uelim intrare au
ctoritate propria ex cauſis ſupradictis fũ
dum alienum cum dominus ante para/
tus eſſet & me ꝓhibere uellet quod poſ/
ſem. quia etiam rem meam ꝓpriam uel
poſſeſſionem meam alicui uiolenter auf
ferre non poſſum.ut.C.unde ui.l.ſi quiſ
in tãtam.Si capiam igitur ferum animal
mihi acquiro dominiũ ut dixi.Sed quã/
diu durabit tale animal meum.certe quã
diu in mea cuſtodia cogeretur.Cum ue/
ro euaſerit cuſtodiam meam & in natu/
ralem libertatem ſe receperit meum eſ/
ſe deſinit & rurſum occupantis fit.natu/
ralem libertatem recipere uidetur cum
oculo effugerit. & ita ſit in ꝯſpectu meo
ut difficilis ſit eius perſecutio. Sed quid
ſi ferum animal uulneraui & eum in fu/
ga pro ſequor uulneratum.& alter ue/
nator occurrit & eum capiet cuius de/
bet eſſe. Reſpondeo capientis eſſe debet
de iur̃ naturali licet uulnerauerim & nõ
dum tamen ceperam & ſic dominium ñ
acquiſiueram. multa enim intercedere
potuiſſent propter que non cepiſſem.&
hoc adeo uerũ eſt ut ſi in laqueum quẽ
uenandi cauſa poſueras aper incidit. &
cum in eo coheret exceptum eum abſtu
li. fiat meus ſi in poteſtatem meam pre/
uenerit.ut.ff.de acquir.re.do.l.in laque
um ſm Azo.&.B.non enim fiet apponẽ
tis laqueum niſi demum cum apprehen
derit.uel apprehendendi poteſtatem ha
buerit poculorum inſpectionem & affe/
ctionẽ poſſidẽdi ſm Iac.Az.& Bul. Sed
ſm Mar. ſtatim fit apponẽtis laqueum.
cum diu luctando ſe expedire nõ poteſt

Conſuetudo tamẽ generalis in talibꝰ
repugnat apiũ quoq; fera natura eſt. &
licet in arbore tua conſederint non pro/

UVA. BHSC. IyR_072

prerea tue ſunt.niſi duxeras eas in alue-
um tuum.immo anteq̄ eas inducas quili
bet poteſt eas occupare etiam ſi fauos
ibi fecerint cuilibet licitum eſt accipere
niſi prouideris & prohibeas nedum fun-
dum tuum intret quod facere potes ut
ſupra dixi. Si autem de alueo tuo euola-
uerit examen tuum eo uſq̧ tuum eſſe in-
telligitur donec in conſpectu tuo eſt .&
illud perſequeris & perſecutio eius non
eſt tibi difficilis alioquin occupantis fit.
Aues etiam licet nidum fecerunt in ar-
bore tua non propterea tue ſunt immo
quilibet poteſt eas capere & occupanti
conceduntur niſi preuideris & anteq̄ in-
tret prohibeas uolentem accipere ne fun
dum tuum intret quod iure facere potes
ut inſti.de rerum diuiſio.§. apium quo-
q̧.Sed cum in omnibus ſuperioribus di
ctum ſit.quia ſi prouideris ingredientez
fundum tuum cum potes prohibere ne
ingrediatur . Quero quid erit ſi non
preuidiſti ne intret fundum tuum & ipſe
intrauit & aues de arbore tua accepit &
tu poſtmodum uenias & uelis ꝙ det ti-
bi hoc quod accepit an teneatur. Reſpō-
dent Acur.ꝙ cum ipſe factus ſit domi-
nus per occupationem non poteſt uide-
re quare deſinat eſſe dominus. arg.eius
quod legitur inſti.de rerum diuiſio.§.
plane.ibi no.ſed uidetur ſecundum regu
lam premiſſam ꝙ res ſacra occupanti cō
ceditur quia in bonis nullius eſt.ut inſti
tu.de rerum diuiſio.§.nullius ergo occu
panti concedi uidetur .quod non eſt ue-
rum quia res ſacra dicitur res eē in boniſ
nullius hominū cēſura.circa quas non
habet locū r̄gula p̄miſſa.Sed ille res in q
bus regula locum habet in bonis nulli⁹
ſunt ipſa natura unde occupanti conce-
duntur.ut ſupra dictum eſt. Dicitur
& aliis multis modis res eſſe in bonis nul
lius.qui no.inſti.de rerum diui.§. ſingu
lorum.quos breuitatis cauſa non dico.
Secundo dicendum eſt de animalibuſ
qua ſui natura ſunt fera ſed accidentali-
ter manſueta.ut pauones cerui & colum
bi que animalia licet uadant & redeant
tamen fera ſui natura ſunt. Circa quod
etiam ſciendum eſt ꝙ ſi aliquis uadat ue
natum & ceruum meum capiat qui ibat
& redibat.uel uadat aucupatum & capi-
at columbas meas que uolant & redeunt
non acquirit ſibi dominium.quia regula
ſ̄.poſita in aliis animalibus ſemper feris
non habet locum in iſtis. Nam in meo
dominio ſunt ita ꝙ aucupanti non con-
ceduntur & ſemper remanent mea do-
nec animum reuertendi habent.ſi reuer-
tendi animum habere deſinant mea eſſe
deſinunt & tunc bene fierent occupanti
um.Et ſi queras quomodo ſcietur quan
do habeant animum reuertendi uel nō.
Reſpondeo tunc non uidentur habere
animum reuertendi cum conſuetudinez
reuertēdi deferunt.Et ſic nota ex hoc ꝙ
per exteriora iudicantur interiora animi
ſecreta . ut hec leguntur & notantur
inſtitu.de rerum diui.§.pauonum quo-
q̧.&.§.ceruos.& facit.ff.de edil. edic.l.
ſi cum.§.ii. Tertio notandum eſt ꝙ q̄-
dam ſunt animalia que ſui natura ſunt
manſueta.ut galline anſeres. Et de iſtis
ſcias ꝙ ubicunq̧ ſint galline tue & anſe-
res tui ſemper in dominio tuo ſunt. Vn-
de licet aliquo caſu turbati turbate ue cō
ſpectum tuum effugerint quocunq̧ ta
men loco ſint tui tue ue eſſe intelligunt̄
& capienti nunq̄ conceduntur immo ſi
quis tenuerit eos uel animo lucrandi.ut
pennas uel ouas habeat furtum commit
tit.ut inſtit.de re.di.§.gallinarum.

Item inuentione ꝛc.

Ecundus modus p̱ quē dominia
rerum nobis querunt̄ iure gen
tium eſt inuentio.nam ſi theſau-
rum in fundo meo inuenero mihi dn̄iuz
quero p̱ illā inuentionē de iure gentiū.
Et circa iſtum.§.duo tangenda ſunt.
ſcilicet primo quid ſit theſaurus. Secun-
do cui acquiratur theſaurus ſiue in fūdo
inuētoris ſiue in alieno inueniatur. De
primo ſciendū eſt ꝙ theſaurus ꝓprie eſt
uetus eris depoſitio cuius non extat me-
moria tunc enim uere eſt theſaurus cum
inuenitur pecunia in aliquo loco.& non

UVA. BHSC. IyR_072

habetur memoria ꝙ fuerit ibi poſita per aliquem.ut.ff. de acquir.re. do.l. nunq̄ §.theſaurus. Si autem ego timore ali quo turbatus abſcondi pecuniam in fū do & tu fodias & inuenias eam non eſt theſaurus quia extat memoria depoſitio nis.nec acquiretur tibi dominium.ſed i meo dominio remanebit & poſſum repe tere quando nondum eſt reperta ut tuū fundum te inuito mihi ingredi liceat ad illam pecuniam re habendam.ut in pre cedenti.§.notatum fuit.&.ff.ad exhib.l. theſaurus. Vel poteſt ſic diffiniri.The ſaurus eſt pecunia ab inotis dominis ab ſcondita.uetuſtiori tempore.C.de theſ. l.i.in prin.lib.x. De ſecundo.ſ. cui ac quiratur theſaurus diſtinguendum eſt quia aut quis inuenit in ſuo fundo aut i alieno. Si in ſuo fundo inuenit domini um illius theſauri per inuentionem ſibi acquiret inuentor.& hoc ſiue caſu fortu ito inuenerit.utputa quia agriculture cā laborat.ſiue data opera. ut quia cum au diuiſſet ꝙ erat ibi pecunia. ſtudioſe fo dit & eam ibidem inuenit non tamen o peram per artem magicam dare poteſt. Nam ſi arte magica ideſt per incantatio nem theſauros inueniret in fundo ſuo ñ ſibi ſed fiſco queretur dominium. ut.C. de theſaur.l.i.li.x.Et idem eſt ut theſau rus ſit inuētoris ſi loco ſacro uel religio ſo inueniatur non data opera ſm iura in ſtitutionum.& hoc ſm naturalem ratio nem.ſed per.l.ff.de iur.fiſ.l.iii.§. in lo cis contra uidetur.ſ. ꝙ medietas ſit inuē toris tantum.& alia dimidia fiſci. & hoc ſm ciuilem rationem que preualet ſicut in uſu fieri contingit ſm Ioh. Si autem i alieno fundo quis inueniat theſaurum. aut fortuito caſu inuenit non data opera aliqua.& tunc medietas īuentoris & alia medietas domini illius fundi. Aut data o pera.& tunc totum domino illius fundi reddere tenetur.ut hec probantur inſti tu.de re.diui.§. theſauros. & dominum accipe ſiue directe ſiue utiliter ſit.ut feu datarius & emphitheota licet Pla. aliter dixerit in his que utiliter domini ſunt.

Sed ſi qd mercenarius dū mercede in alieno laborat īuenit theſaurum uel cre ditor in pignore inueniat. Reſpondeo ſi alieno inuenit & ita dimidium ſibi que ritur.ut.ff.de acquir.re.do.l.ſi quis.§.ꝙ ſi creditor. Idemqꝫ erit ſi aliquis in pu blico uel in fiſcali loco inuenerit.eſt eni dimidium inuentoris & dimidium fiſci uel ciuitatis.Si fortuito caſu & non data opera inueniatur. ut dictum fuit ſupra. quando quis in loco priuato theſaurum inuenit.

Item aluuione ꝛc.

Ste eſt tertius modus perⁿquem dominia rerum nobis querun tur in quo ſic procedo habebaꝫ fundum ab una parte fluminis & tu ex a lia.flumen paulatim acceperit de tuo fū do & adiecit meo.ita ꝙ ante frontem fū di mei in quantitate magna paulatim au cta eſt.Modo queritur cuius ſit augumē tum illud. Et reſpondetur ꝙ meum erit & acquiſitum eſt mihi per alluuionem.i. latentem & plane.nam aluuio nihil ali ud eſt quam latens incrementum. & id per aluuiōem uidetur addici qđ ita pau latim addicitur ut intelligere non poſſiſ quantum quoquo momento temporis addiciatur.licet tota die fingeris ibi intē tum tuum cauſa uidendi illud.ut eſt ēt uidere in cucurbita que cito creſcit. Et tamen ſi ſtares tota die & nocte non poſ ſes incrementum eius uidere.ut hec pro bantur.inſti.de re.diu.§. preterea. Sꝫ quid ſit flumen uno impetu abſtulit de tuo & meo applicauerit. ideſt ſuper po ſuerit forſan cruſtam terre uineate uel arborate de tuo trahendo & meo ſuper ponendo.certe illud detractum mihi nō queritur ſed tuum remanet.niſi tanto tē pore ſtaret ſuper mea terra. ut arbores de tua terra detracte & mee adiecte.ra dices in mea fecerunt uel etiam ipſa ter ra aportata unitatem cum mea terra fe ceret.nam iſto caſu meo fūdo cedūt nec tibi priori domino daretur rei uēdicatio pro illis arboribus uel cuiſta terre uēdi

UVA. BHSC. IyR_072

canda. Sed actio in factum ad extimationem damni tenetur. ut hec probantur in inſtitu. de re. diui. §. preterea in fin. &. ff. de damn. infect. l. hoc amplius. §. alphenus.

Item captione.

Ste eſt quartus caſus uel modus a iure gentium introductus acquirendi nobis dominia rerum In quo ſcias ꝙ ſi de bonis hoſtiuꝫ aliqd capiam illud mihi acquiram de iure gentium. Et ſunt hoſtes quibus populus romanus bellum in dicit. uel quia ipſi populo indicunt. Alii omnes latrunculi appellantur. ut. ff. de cap. & poſt. li. re. l. hoſtes. Et nedum ſi rem aliquam hoſtiũ capiamus dominium eius nobis acquirimꝰ ſed etiam ſi homines liberos capiamus q homines hoſtes ſint populi romani nobis acquiruntur in noſtram ſeruitutem deducuntur qui tamen ſi noſtram euaſerunt poteſtatem & ad ſuos reuerſi fuerũt priſtinum ſtatum recipiunt. ut inſtitu. de rerum diui. §. item ſi ea.

Item traditione quia ſi ille. ⁊c.

Ictum eſt. ſ. de quattuor modis quibus. dominia rerum nobis q̃runtur de iure gentium. Seqtur uidere de quinto utiliore omnibus aliis ideſt pro tabellionibus. ut de traditione. Et circa. §. iſtum ſcias ꝙ ſi rem mihi tradas ſiue ponendo eam in manus ſi res eſt mobilis ſiue inducẽdo me ĩ poſſeſſionem corporaliter ſi res eſt immobilis quod ex traditione illa mihi acquirit dominium ſi tu qui tradis eras dominus quia nihil eſt tam conueniens naturali equitati ꝙ uoluntate domini rem ſuam ĩ alium tranſferre uolentis ratum haberi. ut inſtitu. de rerum diuiſio. §. per traditõnem. Et nedum ſi tradatur a domino acquiritur dominium accipienti per traditionem illam etiam ſi alius de eiuſdem domini uoluntate tradat dominium acquiretur accipienti. Vnde ſi aliquis ſpecialem procuratorem fecerit ad aliquam rẽ alienandam. uel ſi fecit generalem procuratorem in omnibus ſuis negociis cuꝫ libera adminiſtratione. & ille ſpecialis procurator tradat illam ad quam ſpecialiter erat conſtitutus. uel generalis cum libera tradat unam de rebus iſtius domini q eum conſtituit tranſit dominium in accipientem per traditõnem illam qua dominus uidetur tradidiſſe. quia qui per aliuꝫ facit per ſeipſum facere uidetur. ut. ff. de admi. tuto. l. ita auten. §. geſſiſſe. & probantur hec inſti. de rerum di. §. per traditionem ibi autem nihil intereſſe. Secuſ ſi eſſet aliquiſ procurator generalis alicuius ſine libera adminiſtratione & aliquã rem domini traderet quia ex eius traditione nõ tranſfertur dominum. Nam generalis ſine libera alienare aliquid de rebus domini non poteſt. niſi fructus uel alias res que facili corrumpi poſſunt. ut probatur. ff. de procu. l. procurator cum libera. &. l. procurator tutorum. Et ad hoc ut ex traditione alicuius facta de re aliqua tranſferatur dominium in accipientem multa concurrere debẽt. Primo ꝙ tradens ſit dominus illius rei quã ipſe uel aliter de ſua uoluntate tradit. ut ſupra dixi in princi. alias dominium nõ tranſfertur in accipientem. Quia nemo poteſt plus iuris in alium tranſferre q̃ ipſe habeat. ut. ff. de acquiren. re. do. l. traditio. tranſfertur ergo dominium ex traditione ſi tradens eſt dominus. alias non tranſfertur regulariter. Quando ꝙ fallit ut in creditore qui ſi trãſacto termino debiti pignus diſtrahat cum ſolennitatibus iuris & emptori tradat trãſfert dominium licet uere dominus non fuerit iſte creditor. ut probatur inſtitu. qui. ali. licet uel non. §. i. Secnndo ꝙ traditio fiat cum cauſa & tali que ſit idonea ad dominium tranſferendum. ut uenditionis donationis uel dotis. uel alia ſimili cauſa que ſit apta ad dominiũ trãſferẽdum. Ex nuda enim traditione. i. ſine cã facta tranſfertur dñium. ut. ff. de acqui. re. di. l. nunq̃. Tertio expedit ꝙ res ſit talis que traditionem & alienationẽ de iu

UVA. BHSC. IyR_072

re recipiat. Si enim maritus fundum ſibi
in dotem datum tradetur & ex cauſa uē-
ditionis uel ſimili modo non tranſſertur
dominium in accipientem. licet maritus
ſit dominus. ut probatur inſti. qui. alie. li
cet uel non in prin. Item quid ſi res ſa
cra uel religioſa alicui tradatur & cum
cauſa idonea ad dominium traſferendū.
& certe non tranſfertur in accipientem.
nam tales res alienari prohibentur a iu-
re. ut notaui ſupra in precedenti rubri-
ca in fine. debent ergo tales eſſe res que
tradi & alienari de iure non prohibean-
tur & que ſint ille que tradi cum effectu
& inalium de iure alienari non poſſunt
ſupra dictum fuit ſupra in rubrica de re
bus. Quarto expedit ut ex traditione
dominium tranſſeratur ꝙ ille qui tradit
habeat poteſtatem alienandi & idonea ꝑ
ſona ſit ad tradendum. nam ſunt quedā
perſone que licet dominium ſuarum re-
rum habeant attamen alienare non poſ-
ſunt. unde ſi tradant dominium non trāſ
ferunt. ut furioſus mentecaptus & prodi
gus. Iſti enim ſi tradunt non tranſſerunt
ut notaui ſupra plene in rubrica de con-
tractibus inutilibus ratione perſonarū.
Item minor. xxv. an. licet dominus rerū
ſuarum exiſtat. tamen alienare nec effi-
caciter tradere poteſt niſi cum magna ſo
lennitate iuris. Et circa minorem breui-
ter ſcias ꝙ ſi eſt pupillus tradere nō po-
teſt rem que ſeruando ſeruari poſſit. ita
ꝙ dominium trāſferatur niſi tutor & de-
cretum iudicis & legittima cauſa interue
niat. Aliud eſſet ſi ſe obligaret non alie-
nando. quia cum ſolo tutore ſe obligare
poteſt. Si autem eſt adultus & habeat cu.
Idem ꝙ in pupillo. ſ. ut cu. & auctoritas
& decretum iudicis & legittima cauſa in
teruenient quando rem que ſeruando
ſeruari poteſt alienat. Si autem cu. non
habeat. tunc ipſe cum decreto iudicis &
legittima cauſa rem ſuam tradat ex qua
traditione dominium tranſſert. Verum
eſt tamen ꝙ ſi adultus iuret in contractu
corporaliter non uenire contra. ualebit
contractꝰ quem facit. & ſi non fuerit de-
cretum interpoſitum. ut hec probantur.
C. de admi. tu. l. lex que. & C. de integ.
reſti. l. ſi curatorem. & plene notaui ſu-
pra in rubrica de inutilibus contractibꝰ
ratione perſonarum circa prin. & in auten.
ſacramenta puberum ibi poſita. Extra
litteram ſcias ꝙ hoc eſt ſpeciale in re uē
dita ꝙ licet fuerit emptori tradita & a do
mino. & omnia interuenerint que ſupra
proxime dicta fuerunt non tamen domi
nium in accipientem traſſertur niſi pre-
cium fuerit ſolutum. uel eo nomine ſatiſ
factum. uel niſi fides ſit adhibita empto-
ri de precio. ut inſtit. de re. diui. §. uendi
te. Item nota ꝙ contractu uel pacto ſolo
ſine traditione non queritur nobis regu
lariter dominium. Nam licet mihi uendi
deris domum pro. C. & non tradideris n̄
poſſum uendicare a te tanꝗ meā. ſed poſ
ſem petere ut mihi debitam ex cōtractu
uenditionis. quia non ſolo cōtractu ſed
traditione interueniente dominium que
ritur. ut. C. de pact. l. traditionibꝰ. In
caſibus tamen ſpeciale eſt ut dominium
ſine traditione queratur. ut in eccleſia e-
mente & licet res nō fuerit tradita tamē
ſolo conſenſu dominium tranſſertur. ut.
C. de ſacroſan. eccle. l. ut inter diuinū.
Item & in legatis & fideicōmiſſ. domini-
um traſſertur in legatariū ſine traditione
ut. ff. de leg. ii. l. cum pater. §. ſurdo. Itē
& in herede. ut. ff. de rei uendi. l. ſi ager i
fi. Omnia enim iura ad eum tranſeūt he
reditate adita poſſeſſiōe excepta que nō
tranſit niſi per heredem fuerit apprehen
ſa. ut. ff. de acqui. poſſ. l. cum heredes. li-
cet ſit ar. contra ad id quod de poſſeſſio-
ne dicitur. ff. ex quibus cau. ma. l. cū mi-
les. Sūt & alii plures quos breuitatis cā
nō dico. Et hec dicta ſufficiant de iſtis
quinqꝫ modis quibus dominia rerum ꝗ
runtur a iure gentium inductis. Sunt &
alii introducti a iure gentium q ponun-
tur in inſtit. de re. diui. per totum titulū
illum. & ff. de acquir. re. do. per totum
quos proſequi non audeo cauſa breuita
tis. Petrus de unzola.

Iure uero ciuili.



UVA. BHSC. IyR_072

[D]ictum eſt ſupra de modis quib⁹ dominia rerum nobis queruntur a iure gen. inductis. Sequitur uidere de modis a iure ciuili. ſ. xii. tabularum uel romanorum per excellentiam ex quo nomen non additur. Fuerunt introducti multi modi quibus res nobis queritur. ſed hic tantum quinq; ponuntur. Inter quos eſt uſucapio primus đ qua uſucapiõe aliqua diſcutienda ſunt. & anteq̃ ueniam ad ea que principaliter dicenda ſunt ſcias ꝙ uſucapere eſt rem aliquam per uſum capere uel ſibi acquirere. fuit enim inuentum bono publico ideſt utilitate publica. contra equitatem naturalem ſicut & ſeruitutes. & eſt ratio in uſucapione ne quarundam rerũ dominia diu & fere ſemp ĩcerta eſſent. cũ & ſufficiat dominis ad acquirendas res ſuas tempus ſtatutum in uſucapione. ut. ff. de uſuca. l. i. & inſti. de uſuca. in prin. uel eſt introducta uſucapio ut aliqui ſit finis litium ut. ff. pro ſuo. l. ulti. Et de iſta uſucapione uideamus. Quid ſit uſucapio. Secundo quis uſucapere poſſit Et quis non. Et in quibus rebus procedat uſucapio. Et in quibuſ non. Tertio quot & que ſunt neceſſaria in uſucapione & quis ſit eius effectus. Eſt autem uſucapio acquiſitio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis. l. diffiniti. ut. ff. de uſuca. l. iiii. & ponitur in diffinitione iſta large uocabulum iſtud uſucapio tam pro uſucapione rerum mobilium q̃ pro preſcriptione rerum immobilium. Nempe olim rerum immobiliuꝫ preſcriptio dicebatur uſucapio ſicut & mobilium acquiſitio. ſed licet in prealleg. l. ff. ponatur uocabulum illud uſucapio. in diffinitione tamen pro illa que inducitur circa res mobiles q̃ pro preſcriptione que inducitur circa res immobiles. tamen in iſto tractatu ſic procedam. ut primo per ſe ponam de uſucapiõe circa res immobiles. & diffinitõnem premiſſam ſtricte exponam pro uſucapione rerum mobilium. Poſtea per ſe de preſcriptione rerum immobilium. Nam proprie hodie uſucapio eſt rerum mobiliuꝫ & preſcriptio immobilium. ut inſtitu. de uſucap. in princi. & C. in quib. cau. ceſſ. lon. temp. preſcrip. l. ii. Dicit enim uſucapio eſt acquiſitio dominii ad notandũ ꝙ per uſucapionem queritur dominium Vnde ſi tenui rem alicuius per tempus a lege diffinitum quod infra iam ſtatim dicam. acquiro mihi uerum dominium. ita ꝙ cõtra primum dominium poſſum me tueri ſi ipſe uellet rem petere quam uſucepi & ab eo & a quocunq; alio iſtam rẽ ut meam uendicare ſi a poſſeſſione caderem poſt uſucapionem meam completam. ut. C. de pact. l. traditionibus. & inſtitu. de uſucapio. in principio. Item quod dicit in diffinitione per continuationem poſſeſſionis ad notandum ꝙ qui uult uſucapere aliquam rem continue đbet poſſidere eam per totum tempus in uſucapione ſtatutum a principio uſq; ad finem. Nam ſi poſſidere deſierit ante uſucapionem completam non ꝓcederet uſucapio ſua. Item ſcias hic ꝙ fit continuatio poſſeſſionis inter uſucapiõem & auctorem ſuum. ut ſi uſucapiebas rem aliquam bona fide nondum tamen compleueras & mihi uendidiſti & etiam aliquo tempore ego tenui & poſſedi. non tamen tantum ꝙ adhuc ſufficeret ad uſucapionem complẽdam bene complebitur tua poſſeſſio cum mea & proderit mihi ad uſucapionem complendam bene continuabitur tua poſſeſſio cum mea & proderit mihi ad uſucapionem complendã. quod ĩfra ſtatim melius explicabo. Sequitur poſtea in diffinitione temporis lege diffiniti. ad quod nota ꝙ qui uſucapit rem debet eam continue poſſidere per tẽpus diffinitum a lege. Et eſt diffinitum a lege triennium in uſucapione rerum mobilium. ut. ff. de uſucap. in princip. & eſt tempus continuum. ut. ff. de uſucapio. in princi. l. nunquam. Et nota ꝙ in uſucapione non queritur tempus de momẽto ad momentum. ſed tetigiſſe ſufficit ultimam diem triennii. Vſucapere poteſt paterfami. & filiusfami. & maxime miles in caſtris queſitum uſucapi pupillus ſi tutoris auctoritate cepit poſſidere uſu-

UVA. BHSC. IyR_072

ſet dici non uidetur quia nunq̄ contraxe-
rant.non enim mandauit iſte Petrus ꝙ.
M.gerere deberet.quia tunc ex contra-
ctu mandati uere eſſet obligatus nec iſta
cauſa aliquid ſibi promiſit.ſed certe dici-
tur ꝙ ad inuicem obligati ſunt & unde
deſcendet obligatio.Reſpondeo non ex
contractu. quia non contraxerunt non
enim fuit conſenſus duorum in iſto ne-
gocio ab initio per tractando. Sed quia
nec ex contractu nec ex maleficio uel q̈-
ſi maleficio tenentur ex quaſi contractu
obligati erant.nam mart. uidetur quaſi
contraxiſſe cum Petro adeundo & nego-
cia ſua gerenda unde ex quaſi contractu
ad inuicem obligati erunt ut inſtitutio.
de obligatio.que ex quaſi contractu na.
in principio. In premiſſo ergo caſu ſci-
as due naſcuntur actiones.que negocio-
rum geſtorum appellantur.una que da-
tur domino cuius negocia geſta ſunt cō-
tra geſtorem de his que peruenerunt ad
eum de bonis domini.ut reddat ratioñ
omnium eorum que geſſit. Et not.ꝙ
iſte geſtor pro his que bene geſta ſunt in-
terdum tenetur de dolo & lata culpa ſci-
licet quando adiuit gerenda alicuius de-
ſerta ideſt que alius geſturus non erat.

Quandoq; tenetur de dolo lata culpa
& leui.ut communiter & regulariter.ut.
C.de nego.geſto.l.tutori. Quandoq;
de dolo lata culpa leui & leuiſſima. ut
quando alius diligentiſſimus erat geſtu-
rus & iſte tantum uoluit gerere.ut inſti.
de obliga.que ex quaſi contra. na.§.i.in
fi.De caſibus autem fortuitis non tenẽ
geſtor niſi in.vi.caſibus. Primus eſt ſi
negocia pupilli geſſit. ut.ff de nego. ge.
l.ſi pu.in princip. Secundos ſi acceſſit
aīo decipiēdi ad gerēda negocia.ut.ff.de
neg. ge.l.ſi pupilli.§.ſed ſi quis. Terti-
us ſi ad nouum gerendum acceſſit id ſci-
licet ꝙ dominus cuiuſ negocia ger unẽ
ſolitus non ſit facere.utputa quia iſte ge-
ſtor emit uaſa uitria quam negociatōem
dominus non erat ſolitus facer̃ nam iſto
caſu geſtor de caſu fortuito tenetur.ut.
ff.de negociis geſt.l.ſi negocia. Quar-
tus caſus eſt ſi caſum fortuitum per pa-
ctum in ſe ſuſcepit ſpecialiter.ut.C. đ ne-
gociis geſtis.l.ſi negocium. Sed quo-
modo potuit hoc eſſe in geſtore ꝙ ipſe p
pactum in ſe ſuſcipiat.cum ipſe ſine man-
dato domini gerere ceperit. nam ſi cum
mandato gereret procurator eſſet nec ha-
bet locum negociorum geſtorum actio.
Reſpondeo hoc modo cū uiderē te uelle
gerere negocia Martini.dixi tibi ſi conti-
get te gerere negocia mea uolo ꝙ tenea-
ris de caſu fortuitu & tu conſenſiſti.ſi po-
ſtea geres de caſu teneberis ex uirtute pa-
cti.ut.d.l.negocium. Quintus ſi cul-
pa preceſſit caſum ideſt ſi tuo uicio uel
culpa uenit caſus.Nam tunc de cāu tene-
beris ut.ff.de nego.geſt.l.in finē. Sex-
tus ſi in mora fuit geſtor.ut.ff.de leg.i.l.
cum res.§.fi. Item econtra dominus
negociorū tenẽ geſtori cōtraria actōne
neg.geſt.ad id quod de ſuo expēdit in rē
neceſſariam uel utilem domini.non autē
ſi uoluntariā expenſam fecerit geſtor da-
bitur ei acti.ut quia picturas uel alia uo-
luntaria fecit fieri.ſed permittiẽ ablatio
expenſarum abraſio ſine leſione prioris
ſtatus rei niſi rationē huius ſumptus do-
minus admittat.ut.ff.đ neg.ge.l.ex duo-
bus &.ff.mandati.l.idemq;.§. idem ait.

Item no.ꝙ ad hoc ut dominus teneaẽ
geſtori inſolidum ſufficit utiliter eſſe ce-
ptum negocium licet diuerſus exitus ſit
ſecutus.nec ſufficit ſi putet ſe utiliter ge-
rere.niſi utiliter ſit ceptum negocium.ut
probatur.ff.de neg.geſt.l.ſed an utiliter

In caſibus tamen non ſufficit utiliter
inchoare imo oportet utiliter cōſumare.
ut dominus negocii fiat locupletior.nec
ipſe aliter uel ultra tenetur.Et hoc eſt cū
negocia pupilli geſta ſunt.Et in omnib⁹
illis ſex caſibus quibus dixi geſtorem te-
neri de caſu fortuito.non ſufficit utiliter
inchoare.ſed debet utiliter conſumare.
alioquin dominus nullo modo tenebiẽ
inſolidum.ſed in id de quo factus eſt lo-
cupletior ſi peruenit aliquid ad eum. ut
hec probantur.ff.de nego.geſt.l. pupil-
li.i.ꝶ.& inſtitu.de obliga.ex quaſi con-
tractu in gl.que incipit ſcilicet inſolidū.

UVA. BHSC. IyR_072

Item nota ꝙ qui gerit negocio alicuiꝰ domino prohibente non agit contraria acti. pro his que geſſit poſt prohibitionem. ut. C. de neg. ge. l. ulti. Mar. tamen dicebat ex equitate dari utilem in dominum inquantum locupletatus eſt. quia nͦ debet cum aliena iactura locupletari. ut ff. de inſtit. l. ſi quis. §. proculus. qđ alii doctores non approbant. Poſito uno exemplo ubi obligatio ex quaſi contractu deſcendit. ponendum eſt aliud quod littera ponit & eſt utile. Quidam fuit tutor cuiuſdam pupilli & tanq̃ tutor bona pupilli adminiſtrabat. finita tutella pupillus uult ꝙ tutor reddat ſibi rationem eorum que geſſit. an erit obligatus pupillo. et certe ex contractu non. quia nullum negocium inter pupillum & tutoré contrahi uidetur. ſed quia ex maleficio non tenetur. nec ex quaſi maleficio. nec ex contractu etiam ut dixi. ex quaſi contractu tenebitur. & ita hoc caſu dicetur obligatio ex quaſi contractu deſcendere ut inſtit. de obli. ex quaſi contra. §. tutores. tenebitur ergo tu ipſi pupillo actione tutele directe ad rationem reddendā eorum que geſſit. que actio. tu. demum fini. tute. naſcitur & intentari poteſt. ut. ff. de tu. & ra. di. l. tutor. in fi. & l. ſeq. Econtra pupillus obligatus erit & tenebitur ipſi tutori contraria actione tutele ſi forſan tutor aliquid expendit ī rem pupilli aut ſi rem ſuam creditori ipſius pupilli pro ipſo pu. obligauit. ut inſtitu. de obli. que ex quaſi contra. na. §. tutor. in fi. Et hec contraria tute. demū finita tutela intentatur ut indirecta dixi. ut. ff. de contra. actio. tut. l. i. §. finito. Item curatores qui bona adultorum adminiſtrauerint obligantur & tenentur ex quaſi contra. acti. adultis utili acti. neg. ad rationem eorum que geſſerunt reddendā. Et econtra adulti tenentur curatoribus ſi quid de ſuo in ſuis negociis impenderunt. ut probatur. C. de negoc. geſt. l. curatoris. & l. curatorem. Poſſunt poni & alia exempla multa inutiliter in quibꝰ obligatio dicitur ex quaſi contractu deſcendere, ut ecce teſtator quidam fecit legata multa & me heredem inſtituit. ego adiui hereditatem. an ego ero obligatus legatariis certe ex contractu non quia neq; mecum neq; cum teſtatore negocium contraxerunt aliquod. ſed quia neq; ex maleficio uel quaſi ſum obligatus ex quaſi contractu tenebor. ut inſtit. de ob. que ex quaſi conctra. naſ. §. heres quoq;

Item ponitur aliud exemplum tale. Res quedam communis erat inter me & te. nō ex ſocietate ſed quia nobis pariter donata uel legata fuit. unus noſtrum ſolus fecit expenſas neceſſarias in re. uel unus ſolus percepit fructuſ illius rei. certe qui ſolus percepit fructus erit obligatus alteri. uel qui ſolus fecit expenſas alium obligatum habebat. Sed unde deſcēdit obligatio talis. certe non ex contractu. quia nunq̃ inter ſe negocium aliquod contraxerunt. ſed ex quaſi contractu naſcitur. ut inſtit. de uerbo. obl. que ex qua. contra. naſ. §. item ſed. Ideo aūt dictum fuit ꝙ res ex ſocietate non erat communis. quia ſi ex ſocietate communis eſſet. ex contractu inuicem obligati eſſemus. Sunt & alia exempla in inſt. de obligationibus que ex quaſi contractu naſcuntur. que breuitatis cauſa non recito. quia curioſus lector ibi per ſe uidere poterit.

Ex maleficio ꝛc.

Ictum eſt de obligatiōibus que ex contractu & quaſi contractu deſcendunt. Nunc reſtat uidere de illis que ex maleficio naſcuntur. & in littera hoc poſita exempla per ordinē ponuntur. ut ecce ueniſti una die ad cameram & clā ſurripuiſti mihi fraudulenter unum de libris meis. & eum exportaſti. nunquid eris tu mihi obligatus certe ſic non ex contractu nec quaſi contractu. ſed maleficio tuo .ſ. ex furto quod mihi feciſti. ut inſtit. de oblig. que ex delic. naſ. in principio. Circa iſtum caſum licet multa de furto poſſent dici dicam tantum duo. ſ. quid ſit furtum. & ad quid fur teneatur. Furtum eſt contra



UVA. BHSC. IyR_072

ctatio fraudulenta rei aliene mobilis cor
poralis que fit inuito domino animo lu-
crandi ſcilicet gratia rei uel poſſeſſionis
uel uſus quod etiam iure naturale prohi
bitum eſt. Nam diuina teſtatur auctori-
tas. quod tibi non uis fieri ꝛc. Item hoc
eſt unum de perceptis theologie Furtuꝫ
non facies. attēde uerba hic poſita. Di
cit enim furtum eſt contractatio nam ut
furtum fiat contractatio exigitur & ſine
ea non fieret furtum licet uerba uel uolū
tas īteruenirent. hoc enim iure utimur ait
lex ut nec uerbo uel ſcriptura furtum fi-
at. ut. ff. de fur. l. ſi quis uxori. §. nec & in
faciendo. in prin. Item dicit fraudulenta
hoc ideo. quia ſi non eſſet fraudulēta nō
eſſet furtum. utputa credat quis ſibi lice-
re rem illam portare eo ꝙ forſan ſuam
extimabat. ut inſti. ui bo. rap. §. ꝙ tamen
Item ſi credat dominum permiſſurū nō
committat furtum. ut inſtitu. de obligat.
que ex delic. §. placuit. furtum enim ſine
affectu furandi non cōmittitur. Item
dicit rei mobilis nam de immobili nō fit
furtum. ut inſti. de uſuca. §. ꝙ autē. Itē
dicit diffinitio rei aliene. quia rei que ple-
niſſime mea eſt furtum non facio. Secus
ſi alius habet mecum cōmunem. ut. ff. de
fur. l. ſi ſocius. Si autem alius ī re mea ha
beat ius ut creditor facio quidem furtū
& teneor furti actione. ſed res furtiua nō
eſt. ut. ff. de fur. l. cum res. §. i. &. l. is qui
rem pignoris. in princi. Corporalis iō
dixit. quia incorporalia tradi uel contra
ctari uel poſſideri non poſſunt. ut. ff. de
acqui. re. domi. l. ſi ſeruus. §. incorpora-
les. Item dicit inuito domino. nam do-
mino nolente non poteſt cōmitti furtum
ita ꝙ propterea furti actione cōueniatur
ut preallega. §. placuit. Animo lucrandi
ideo dicit. quia ſi non animo lucrandi ſed
cauſa damni dandi uel cauſa iniurie fa-
ciende aliquid faceret non faceret furtū.
ut. ff. de fur. l. i. &. l. qui iniurie. Item
dicit rei poſſeſſionis uel uſus qa quando
qꝫ de re ipſa fit furtum ſcilicet ut ſi acci-
piat quis rem. ut habeat eam. quandoqꝫ
de poſſeſſione. ut ſi proprietarius natura
lem poſſeſſionem auferat fructuario. Itē
& quandoqꝫ de uſu ut ſi ad alium uſū cō
uertat rem quam accepit. ut inſti. de ob.
que ex deli. naſ. §. furtum autem fit. Nūc
uidendum eſt ad quid teneatur fur. Et
certe circa hoc ſciendum eſt ꝙ duplex ē
fur. ſ. manifeſtus & non manifeſtus. nam
manifeſtus eſt nedum qui deprehendit̃
in furto. ſed etiam qui deprehendit̃ in lo
co ubi furtum fit. Veluti qui in domo
furtū fecerit & nōdū egreſſus domū de-
prehendat̃. & ideo plus tibi dico ꝙ fur
manifeſtus eſt ille qui q̃diu rem quā ſur-
ripuit tenens uiſus uel deprehenſus ē an
teq̄ eo peruenerit quo ꝑferre ac depone-
re rem deſtinaſſet. ſed ſi pertulerit quo dẽ
ſtinauit. tenet̃ ſi deprehendatur cum re
furtiua. non manifeſtus fur erit. Non
manifeſtus fur qui ſit ex his que dicta ſūt
colligere potes. Nā qui nō deprehendit̃
ī furto nec eo loco quo fit nec cū re fur
tiua anteq̄ ꝑtulerit quo perferre debuit
fur non manifeſtus erit. ut hec probant̃
in inſti. de oblig. que ex quaſi deli. §. fur
manifeſtuſ eſt. Porro ſciendū eſt ꝙ cō
tra furem mãifeſtū dat̃ paſſo furtū actio
furti ad quadruplū ualoris rei. & etiam
extra quadruplū perſecutio rei. & ita to-
tum quadruplum pena eſt. Contra fu
rem autem non manifeſtū dat̃ actio fur-
ti ad duplum & extra duplū perſecutio
rei eſt. ut inſti. de obli. que ex deli. naſ. §.
pena. Et hoc quando ciuiliter uult agere
iſte qui paſſus eſt furtum ut ſibi habeat
quadruplum uel duplum de quo dixi.

Sed ſi criminaliter uellet procedere
poſſet furem de furto accuſare. & tunc
pena imponeretur imperſonam. quia fu-
ſtibus caſtigabitur. ut. C. de ſer. fugi. au-
tent. ſed nouo. niſi ſit publicus latro. qui
ſcilicet conſueuerit furari. qui debet fur-
cis ſuſpendi. ut. ff. de pe. l. capitalium. §.
famoſos. Sed ſcḋm longobardum pro
prima culpa oculum pro ſecunda naſū
perdat. pro tertia moriatur. ut in longo-
barda de fur. l. de latronibus. Et ſic ex ꝓ-
dictis collige ꝙ contra furem rei mee ha
beo duas uias ſcilicet naturalem & ciui-
lem alias crimīalem ciuilem ad penā pe-
cuniariā mihi applicandā. crīalem ad pe

UVA. BHSC. IyR_072

nā pſone inferendam.& una non tollit
prorſus aliā. Nam ſi egi primo ciuili.ea
finita agere poſſu3 criminali & econtra
Interim tamen bene ſibi preiudicant.
Nam ſi cepi agere uia ciuili. & interim
uelim agere criminali anteq̄ ciuilis finia
tur non poſſum. ut. ſ̄.dixi. ut.ff.de pri.
delic.l.fi.& de fur.l.fi.& ui.bo.ra.l.ii.§
i.&.§.quando ciui.ac.cri.pre.l.i. Po/
nuntur & alia exempla in littera de iſtis
obli.que ex deli.naſ.ut in rapina.Nam ſi
quis rem meam p̄ uim mihi rapiat obli/
gatus erit mihi.que obligatio ex maleſi/
cio naſcitur.ut inſtit.ui bono.rap.i pri.
Tenetur autem raptor act.ui.bo.rap. q̄
īfra annum datur ad quadruplum.poſt
uero in ſimplum. & in iſto quadruplo ē
perſecutio rei.& ita tripli pena eſt.Non
enim extra quadruplum eſt perſecutio
rei ſicut in actione furti manifeſti dictu3
fuit.ut inſtit.ui.bo.rap.§.quadruplum.
& hoc quando uolo agere ciuiliter ad
utilitatem meam.poſſem & criminaliter
accuſare raptorem ſi uolo. & in perſona
punietur nec una uia tollit aliam. quod
dic ut in furto modo dixi. Ponitur &
aliud exemplum in littera ubi obligatio
deſcendit ex maleficio ut ī iniuria alicui
illata.In quo caſu ſciendum eſt ꝙ ſi ali/
quis fecit mihi iniuriam.eſt obligat⁹ mi
hi.que obligatio ex maleficio deſcendit
ideſt ex iniuria mihi facta. Nota ꝙ iniu/
ria fieri poteſt tribus modis .ſ. re uerbis
& litteris. Re ut cum quis manus cō
tra me iniecit.Verbis cum fit conuicium
a concitatione uel a conuentu. hoc eſt a
collatione uocum. Cum enim in unum
plures uoces conferuntur conuicium di
citur quaſi conuocium. Vnde ſi quis
uociferatus eſt contra me.uel alios con/
citauit ad uociferandum dicēdo ꝙ ſum
latro uel alia uerba iniurioſa facere di/
citur uerbis. Litteris fit iniuria cum
quis librum uel carmen uel hiſtoriā ad
infamiam alicuius pertinentes ſcripſit.
uel compoſuerit.uel condiderit uel do/
lo fecit ꝙ quid eorum fieret.& hec pro/
bantur inſti.de iniur.in prin.&.ff.eo.l.
prima.&.l.inter apud labonem. Da/
tur autem actio iniuriarum intantum in
q̄tum paſſus iniuriam ad animum reuo/
cauerit.ut dicat ſ̄m quoſdam. ego iuro
ꝙ prius nollem lucrari .C. q̄ pati hanc
iniuriam.Azo.tamen putat ꝙ debet di/
cere prius uellem tātum ſummam amit/
tere q̄ pati talem iniuriam nam in penis
molliendis non exaſperandis debemus
eſſe prompti.taxatione tamen a iudice fa
cta ne quis iuret in infinitum.ut.C.de iu
re.l.conſtitutionis.§.etiam.& inſti.e.§.
penam.&.ff.de penis.l.pe. & certum eſt
ꝙ grauius quis ſentit ſi amittat de ſuo q̄
ſi non lucratur.uel ſi iudex timidus fue/
rit ſtet in generalibus uerbis legis ut di/
cat ſolummodo pro quanto nolles hanc
iniuriam paſſum te fuiſſe.nec debet dice
re pro quanto nolles hanc iniuriam pa/
ti.ſemper enim facienda eſt mentio de re
latione ad tempus facte iniurie.nam & ſi
poſtea ſit grandis dignitatis factus non
augetur extimatio iniurie.ut.ff.đ iniur.
l.iniuriarum extimatio. Vltimo notā
dum eſt ꝙ pro iniuria poteſt quis ciuili
ter & criminaliter agere & tollitur ciuile
iudicium pro criminale.& econtra.ut.ff
de iniur.l.ꝙ ſenatus.&.l.i.§. pretor.§.i.
quod ſecus eſt in actione fur.ut.ſ̄.prece
denti.§.dixi.Et eſt ratio hec quia utrun/
ꝙ iudicium proponitur ad uindictam
ſed ille agit pro damno rei familiaris. &
idcirco ciuile per criminale non tollit.
ut dixi.ſ̄.§.porro.& not.§.quando ciui
lis act.cri.pre.l.prima.

Ex quaſi maleficio.

Ictum eſt ſupra de obligatione
q̄ ex ꝯtractu & quaſi ꝯtractu et
ex maleficio deſcendunt. Se/
quitur uidere de his que ex quaſi malefi
cio ueniunt.modo extra lrām alia ſubii/
ciā exēpla. dicit enim lrā ꝙ ſi de domo
alicuius propria qua3 ipſe inhabitat uel
de domo quā quis conductā habet uel
gratis ꝯceſſam ad habitandū deiiciaē ali
quid uel fundatur ita ꝙ alicui noceret.
Inhabitator obligabitur domus ex qua/

UVA. BHSC. IyR_072

ſi maleficio non heres eius niſi lite cōte. contra defunctum. Et non proprie ex maleficio obligatus intelligitur quia plerunq; ob alterius culpam tenetur. aut ſerui aut liberi. tenebitur itaq; iſte inhabitator actōne in factum damnum paſſo uel eius heredibus ad duplum eius damnuȝ quod datum eſt. ut. ff. de his qui deie. uel eff. l. i. in princi. Ob hominem uero liberum occiſum propter aliquid deiectum uel ſuſum. l. aureorum pena ſtatuta eſt. & non poteſt dici ꝙ hoc damnum exiſtimetur in duplum quia liberum corpus non recipit extimationem. ut. ff. de his qui deie. uel ef. l. i. §. ſi cum homo.

Et eſt actō hec in factum pro homine occiſo annalis & popularis. nam quilibet poteſt eam intentare dummodo ſciamus ꝙ pluribus deſiderantibus hanc actionem intentare ei potiſſime dare debet cuius enim intereſt. uel quia affinitate uel cognatione defunctum contigerit.

Si uero libero homini nocitum eſſe dicatur non tamen mortuus eſt quantum ob eam rem equum iudici uidetur actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis preſtitas ceteraq; impendia que in curatione facta ſunt preter ea opera quibus caruit uel cariturus eſt ob id ꝙ inutilis factus eſt. Vulneris autem deformitatis nulla eſt extimatio. quia liberum corpus non recipit extimationem. ut. ff. de his qui deie. uel effu. l. fin. Huic ſimilis eſt is qui ea parte qua uulgo interſit ſolet aliquid poſitum & ſuſpenſum habere quod poteſt ſi ceciderit facile alicui nocere. ut faciunt quandoque aliqui tenentes ſcitullas ſupra uiam publicam uel aliud quod nocere poſſit trāſeuntibus. Et eſt hec actio perpetua ei cui nocitum eſt. Si autem alius uelit experiri annua erit ei hec actio. nec enim heredibus iure hereditario competit. quippe ꝙ in corpore libero datum eſt damnum tranſire ad ſucceſſores hereditario iure non debet quaſi non ſit damnum pecuniarium nam ex bona & equo naſcitur. ut. ff. de his qui deiecerunt. uel effuderunt. l. ſi uero. §. hec autem actō. &. §. que autem. Iſte etiam qui appenſum tenet aliquid quod nocere poſſit nec expectatur ꝙ nocuit. ſed eoipſo quod nocere poſſet ſi caderet ex quaſi maleficio tenetur. & actione in factum. Et eſt pena decem aureorum conſtituta contra eum & datur hec actio heredibus non ut heredibus ſed ut cuilibet de populo. In heredes autem non competit. quia penalis eſt. Item & popularis eſt. a quolibet enim de populo intentari poteſt. ut. ff. de his qui deie. l. ſi uero. §. ait pretor. &. §. hoc autem actio. &. ff. de popu. actio. l. penulti. Poteſt & poni aliud exemplū in quo obligatio dicitur deſcendere ex quaſi maleficio. ut in illo qui eſt exercitor nauis. aut caupone. aut ſtabuli. nam ſi dolo uel culpa eorum quorum opera nauis aut caupona uel ſtabulum exercet factum fuerit furtum aut damnum datum uel ſimile delictum eſt admiſſum in eo ꝙ eſt illatum in nauem uel cauponā uel ſtabulum tenet ipſe exercitor nauis caupone uel ſtabuli in duplum ſi modo ipſo nullum eſt maleficium. Cum enim nec ex contractu uel quaſi. nec ex maleficio ſit obligatus. & aliquatenus culpe reus eſt. quod opera malorum hominū utitur ideo ex quaſi maleficio teneri uidetur actione in factum. Nec diſtinguitur in iſta actione ī factum que ex quaſi maleficio eſt. utrum ille qui exercet receperit res illatas fore uel non. utputa ꝙ eo ignorante illate ſunt. uel etiam quia predixit ut unuſquiſq; uectorum res ſuas ſeruet. nec damnum ſe preſtaturū & cōſenſerint uectores preditioni nec etiam eſt uis ſecundum Azo. ſit damnum datum per illos quorum opera utitur exercitor in naui caupona uel ſtabulo. uel etiam extra utputa ſi res ſint ibi in littore. uel ante oſtium uel per eorum dolū uel culpam qui ibi operantur damnum datum ſit. nam tenetur exercitor in duplū actione in factum. ut. ff. na. ca. ſta. l. ultia. primo & ſecundo reſpōſo ſm Azo.

Poſt hec ſciendū eſt exercitorē nauis pro caupone uel ſtabuli teneri alia actione in factum que prorſus eſt alterius na

UVA. BHSC. IyR_072

ture q̄ ſuperior . eſt enim ex contractu
licet ſuperior ex quaſi maleficio. Et de-
ſcendit ex edicto poſito.ff.nau.cau. ſta.
& dari dicit̃ ꝓ recepto ſeu pro eo quod
ſaluum fore recipit exercitor nau. cau.
& ſta.& recepiſſe ſaluum fore dicitur eo
ipſo ꝙ res ipſe illate ſunt uel i na.ca.uel
ſta.ſciente tamen exercitor̃ licet ſuperio
ri acti. in factum que ex quaſi maleficio
dabatur non diſtinguabatur ſciuerit uel
ignorauerit.ut ibi dixi. Durum ergo eſ-
ſet ignorantem teneri iſta actione.ut.ff.
de acti.& obli.l.iiii.&.§.i.ibi.longe mi-
nus ꝛc.ſciens ergo tenetur ad reſtitutio-
nem rerum receptarum q̄uis cuiuſcun-
q; facto etiam uiatoris uel extranei perie
rint uel amiſſe ſint uel leſe niſi ex cāu for
tuito probauerit exercitor amiſſionē uel
leſionem rerum contigiſſe.licet in ſupe-
riori teneret̃ pro damno dato dolo uel
culpa illorum quorum opera utitur nō
pro damno ab aliis uato nec attenditur
in rebus receptis ſint inferentis uel non
magis enim inferentibus debet reſtitui
q̄ his quorum ſunt niſi inferentes erunt
fures & domini ueniant res uendicantes
& illorum repetitionem inhibentes.ut.ff
nau.caupo.ſtab.l.i.§. pomponius.&.§.
reddatur hec actio in factum in heredi-
bus & in heredes & in perpetuo . ut.ff.
nau.ca.ſtab.l.idem.§.hec autem actio .

Liquet igitur ex predictis exercitores
na.uel ſta.poſſe conueniri quadam ſpe-
ciali prerogatiua ex duobus edictis.i.ex
quaſi maleficio ex edicto furti . Item ex
contractu ex illo edicto nau.caupo.ſta.

Poſſunt etiam tertio modo conueniri
iure communi propter ſuum maleficiuꝫ
ſi dicatur furtum uel damnum eos dediſ
ſe & ſi quidam actor eligat hanc uiā cō-
munem repellitur doli exceptione.l.iu-
dicis officio ab illis actionibus que ſpe-
ciali prerogatiua ſunt ei indulte & econ
tra.ſi eligat illas repellitur a iur̃ commu
ni.ut.ff.nau.caupo. ſtab.l. idem.§.ulti-
mo. Item nota differentiam inter actō-
nem in factum que ex quaſi male.deſcen
dit qua tenetur exercitor na. caupo.ſta.
Et inter aliam in factum que ex contra-
ctu deſcendit ex edicto nau.ſtabu. que
etiam ipſe exercitor tenetur.que datur ꝺ
recepto uel pro eo quod ſaluum fore re-
cepit.nam i iſta actiōe in factum.que ex
contractu deſcendit ſi excitor nau.ſta.re
cipiat aliquid.& dicitur recipere ſaluum
fore eo ipſo ꝙ res ipſe illate ſunt uel ī na-
uem.uel cau.uel ſta.eo ſciente.licet expſ
ſe deſignante nō fuerint.ut.ff.na.ca.ſta.
l.i.in fine.tenetur de damno dato in re-
bus receptis a quocunq;.ſed illa ex quaſi
male.locum habet cum familia exercito
ris quam habet in naue cau.uel ſta. dat
damnum ſecus ſi extraneus.fingitur eni
delictuꝫ eſſe familie exercitoris.quia ma
la familia utitur. Vnum tamen eſt ſciē
dum ꝙ ſi uellet paſſus furtum illum qui
furtum fecit in rebus illatis ſi ſciret deli-
quentem conuenire.quod bene poſſet &
teneretur ex maleficio fur.aduer.nau.l.
i.§.& in duplum.&.ff.na.ca.ſta.l. licet.
§.fi.& ſi eliget furem non aget contra ex
ercitorem.& econtra.ut ibidem legitur.

Item illa que eſt ex quaſi malefi.datur
in duplum.alia que eſt ex contractu da-
tur in ſimplum.ut not.ff. ca.ſta.l. idem
ait in prin. Item in actio.in factu.que
ex contractu deſcendit que dicitur de re
cepto eſt huiuſmodi.quia ſi exercitor na
uis uel ca.predicat uel qui ibi res repo-
nunt.unuſquiſq; res ſeruet ſuas.neq; dā-
num ſe preſtaturum dicat non cōuenia
tur poſtea exercitor.ut.ff. na.ca.l.ſi.i.&
ii.ꝛc. Secus in illo que ex quaſi delicto
ueit i qua q̄q̄ predixerit tenetur ꝭꝫ Az.

Sed & cum in actione ex contractu
que de recepto dicitur non teneatur ex-
ercitor ſi predicat . Quero ſi non pre-
dicat ſed dicat poſtquam ſuſcepit ut un⁹
quiſque ſeruet res ſuas . & ſe non preſta
turum damnum an non teneatur . Re-
ſpondeo immo tenebitur . nec propte-
rea ſe exonerat .ut.ff.de fideiuſſor .l.fi-
deiuſſor creditori . & de inſtitu.ſed ſi pu
pillus .§. de quo . &.C.de actio.& obli.
l.ſicut. Sed quid ſi dederit claues ca-
mere ut faciunt tabernarii . Reſponde-
tur quidem uidetur renunciare cuſtodie
ut nō teneatur ac ſi prediceret. ut.ff.na.

UVA. BHSC. IyR_072

cau.ſta.l.ſi.in prin.& ar.ff.de con.emp.
l.cuilibet. Alii dicunt econtra.ſ. non
uideatur renunciare ne detur materia
falſum fabricandi.ut.ff.quēadmo.te.ap.
l.i.Et ne detur materia cum furibus co-
he indi.ut.ff.na.ca.l.i.Sed ī hac queſtio-
ne ſic diſtinguendū uidetur ſm̄ do. Ac.
quia aut dedit a principio claues.aut po-
ſtea.Primo caſu ſi quidem dando eas fe-
cerit huiuſmodi predicatōnem ſcilicet ꝙ
unuſquiſq; res ſuas ſeruet & ꝙ teneri nō
uult tunc non tenetur. Si uero nō fecit
predicationem tunc bene tenetur.nā ma
gis preſumitur dare claues exquo non ꝑ-
dicit ut poſſint ſuas res quando uolunt
accipere iſti qui eas inducunt ſubſilentio
habere.q̄ ut ſe periculo exoneret qui cla
ues tradit.Mitius tamen cum iſto hoc ca
ſu agetur ut de leuiſſima culpa nō tenea-
tur licet alias teneatur.ut.ff.nau.cauſta.
l.idē.§.ait pretor. Si uero poſtea tradat
claues non a principio etiam cum predi
catione modo facta quando claues tradit
ſcilicet ꝙ teneri non uult non releuatur
propterea per.l.C.de actio.& obligat.l.
ſicut. Poteſt poni & aliud exemplum
de obligatione que ex quaſi delicto naſci
tur.ut in iudice qui lietem ſuam fecit.Cir
ca quod ſcias ꝙ ſi iudex male iudicauit n̄
cum dolo ſed per imperitiam ipſe tenet̄
ex quaſi maleficio inquantum iudici co-
gnoſcenti de ea re equum uiſum fuerit.
nam iſte iudex quiᵉmodo cognoſcit de il-
lo qui male iudicauit conſiderabit circa
quod dubitauerit ille.qa ſi dubitauit cir-
ca legem multum facile & notam ut cir-
ca ſuſfam caninam durius punietur. Si-
autem circa legem difficilem & incogni
tam ut circa.l.frater a fratre.uel circa le-
gem gallus.mitius punietur.Et predicta
uera ſunt quando non dolo ſed per im-
peritiam male iudicauit. Si autē dolo
malo iudicauerit.tunc uere ex maleficio
eſt obligatus.uel actione in factum uel
actione de dolo.ad expenſas & ad exiſti-
mationem litis & ita preſtat omne inter-
eſſe ei quem leſit. Item fit infamis.ut.
ff.de pe.iud. qui male iudic.l.ulti.&.ff.
de iudi.l.ſi filius. Et hoc ſi pecunia nō
eſt data uel promiſſa tunc enim quando
data uel promiſſa eſt dati triplum & pro
miſſi duplum a comitte priuatorum exi-
gitur.& dignitatem ſeu cingulum quod
habet in utroq; caſu amittat.& hoc quan
do in ciuili cauſa accepit. uel ſtipulatus
eſt ſibi aliquit dari. Si autem cauſa cri-
minalis eſſet bonis omnibus confiſcatis
mittatur in exilium.ut in auten.ut litigā-
tes iurent.§.qui uero accipit.&.§.ſi quis
autem.Sed de iure ueteri iudex tenetur.
l.iul.repetundarum que penam extra or
dinariam imponit.ut.ff.ad.l.iul.repetū.
ſi lex iul.§.hodie. Item & crimine fal-
ſi tenetur.quod penam deportationis uel
ultimi ſupplicii continet ut.ff. ad.l.cor.
de fal.l.i.§.qui iudicem.&.§.ulti. Sed
nunquid ille qui dedit pecuniam poterit
repetere eam a iudice. certe ſi dederit ei
ut male iudicaret non repetit.ut.ff.de cō
ditio.ob tur.cau.l.iii.Idemq; erit ſi dede
rit ei ut non iudicet. Si autem dederit ei
ne male iudicet.uel ut bene iudicet forte
habet locum repetitio.quia turpitudo ē
ex parte iudicis tantum. Si autem de-
derit ſimpliciter ut iudicet dixerunt qui-
dam dari repetitionem ſi tamen litigator
amittit principalem cauſam.ut.ff.de con
di.ob tur.cau.l.ii.§. ultimo.Sed ex eadē
l.magis putant gloſatores non denegari
repetitionem pecunie ſicut & ubi dede-
rit.ut pro ſe iudicaret.fiſcus tamen repe-
tet qui ſucceſſor eſt eorum que cum ſce
lere queſita ſunt.ut.ff. de iure fiſci.l.lu-
cius. Pena autem litigantis qui iudi-
cem corrumpit uel in ciuili uel in crimi-
nali cauſa eſt ea quia amittit actionem.&
de crimine confiteri uidetur. Nam diffi-
dentia iuſte ſententie ſpem negocii repo-
ſuit ī corruptelam pecunie.ut. C.de pe.
iudi.qui ma.iudi.l.prima. Item in ci-
uili cauſa dati triplum promiſſi duplum
a commune priuatorum exigitur digni-
tatem amittit.Et ſi cauſa erat criminalis
in qua corrumpit iudicem. bonis expo-
liatur & in exilium damnatur. ut ſupra
dictum eſt in iudice. Et eſt hoc propter
periurium. quia in ſacramento calum-
nie fit hec aditio ut iure ſe non dediſſe

UVA. BHSC. IyR_072

uel promiſiſſe alicui pecuniam ut pro ſe
debeat iudicare.hodie tamen parcitur li
tigatori qui ſponte confitetur facinus ſu
um ſi perſonam declarauit cui dedit uel
promiſit & eam conuicerit. Si aliter au
tem conuincere non poterit & cauſa erit
ciuilis punietur in extimatiōe litis. & lis
ſuſtinebit proprium euentum.In crimi-
nali autem cauſa confiſcantur omnia ei⁹
bona & cauſa criminalis legittime termi
natur.& ille qui non potuit conuinci iu
rare debet ſe non accepiſſe & ſic liberabi
tur.ut in auten.ut liti.iurent.§.ſi quis au
tem. Si autem detur pecunia principali
perſone ut ſi reus det actori uel agnatio-
oni. uel procuratori eorum breuitatis
cauſa non dico.

Contrariantur obligationes zc.

Ictum eſt ſupra de duabus obli-
gationum diuiſionib⁹. Nunc
autem ponit liber tertiam diuiſi
onem proſequendo & ſubdiuidēdo obli
gationes que ex contractu deſcendunt.
nam illas proſequit̃ diuiſio iſta ſic & in-
ſti.de obl.§.ſi. Ponit ergo lr̃a diuiſio-
nem. Obligationum quedā ꝯtrahunt̃
re.quedā uerbis.quedam lr̃is. Et quedā
conſenſu.poſtea declarat quodlibet mē
brum per ſe. Et primo de illis que re
contrahuntur.Dicit̃ ꝯtrahi & fieri obli-
gatio re in iſtis caſibus qui ponunt̃ in lit
tera quos breuiter recitare intēdo.Et ſic
ad primū uenio.M.rogauit me ut mutu
arem ſibi.C.& ego hoc audito predicta.
C.ſibi numeraui & ipſe receſſit nec rece-
dēdo aliqd ꝓmiſit.queritur an ſit obliga
tus mihi & dicitur ꝙ ſic re. nā licet nūq̄
promiſerit mihi aliquid. exquo pecuniā
meam ex cā mutui ſibi numeraui.datiōe
illius rei obligatus eſt.ut inſti.quib.mo.
re contra.ob.i principio.& ſic in mutuo
cōtrahitur obligatio re.E de natura mu-
tui huius aliqua diſcutiēda ſunt.quia lit-
tera aliqua dicit alioquin nihil dicerem
cum ſit de hoc plene no.in aurora in ter
tio ca.ſuper inſtr̃o mutui. Eſt igit̃ ſciē
dum ꝙ mutuum conſiſtit in rebus que
ad numerum dantur ut pecunia. Iteꝫ
in rebus que dantur ad menſuram.ut ui
num frumentum. Item in rebus que
dantur ad pondus.ut aurum & argentū
in aliis autem non conſiſtit.ut inſtit.qb.
mod.re.cont.o.§.i. Sed quero quid ſi
librum dedi tibi ad pondus. ut librum
tanti ponderis mihi reddas. uel quid ſi
oues ad numerum. Reſpōdeo nō eſt mu
tuū.nam in mutuo quattuor conſideran
tur.quorum ſi quod defuerit nō eſt mu-
tuum natura.ſ. ut ad hoc ſit iuenta ſicut
pecunia ad numerandum.ut.ff.de con-
trahen.emp.l.prima. Item conſuetu-
do. Iteꝫ aptitudo.ſ.ꝙ datio talis ad nu
merum uel ad pondus aptetur ſue natu
re. Item actus.ſ. ut detur ſ̃m ſuam natu-
ram.nam ſi dedero pecuniam in ſaculo
non numeratam.ut tantundē reddas nō
erat mutuū ſed etiam innominatus con-
tractus.ut deleg.l.plane.§.ſi. Item nū
quid in pane ſit mutuū.Reſpondeo non
ſed innominatus contractus.Sed quid ſi
in uulgari dixero tolle pecuniā iſtā. nū
quid erit mutuum uel donum. uidetur
mutuum.ut.C.de donat.l. nec ignoras.
E contra uidetur donum quia non fuit
dictum ut eſſet mutuum. Sed circa hoc
dicunt glo.referre que uerba preceſſe-
rint uel ſecuta fuerit ut ſi precedant uel
ſequātur inter uos tractantia de mutuo
mutuum ſit. ſi tractantia de donatione
donum ſit.ut.ff.de teſta.l.heredes.§.pe.
&.ff.de lib.ſi ſeruus plurium.§.ſi. Sꝫ
quid ſi non appareat que uerba preceſſe
rint. Reſpondet glo.ſi magna eſt quanti
tas non uidetur donum ſed depoſitū uel
mutuū cum nemo uideatur pecunias ſu
as iactare.ut.ff.de probat.l.cū de inde-
bito.alias donum preſumitur.cū i tranſ
ferēdo dominio cōſentire uideat̃.ut.ff.đ
acqui.re.do.l.cū. in corpus. Secūdo
ſciendum ꝙ qui mutuū accipit nō tenet̃
ad eandē rem reddendā quā accepit. ſed
ad ſimilē.in eodē tamē genere.nam ſicut
mutuū ꝯtrahimus ageremus ut eadē ſpe
cies redderet̃ nō eſſet mutuū ſed depoſi-
tū uel ꝯmodatū. tūc ergo uere cōtrahit̃
mutuū cum recepturi ſumus non eadē

UVA. BHSC. IyR_072

ſpeciem.ſed aliud quo ad propoſitum no
ui um ſimile tantum & in eodem genere
ut pro uino mutuo dato reddatur uinū
nam ſi in alio genere reddatur.utputa ꝓ
uino triticum non erit mutuum.ſed con
tractus innominatus ſcilicet do ut des &
naſcitur preſcri.uer. acti.ut hec omnia
probantur.ff.de preſcrip.uer.l.ii. Sed
quid ſi nummos mutuaui tibi poſtea cū
non indige.res reddis eoſdem.nōne erit
mutuum quidam ut.M.dicunt ꝙ non ꝑ
l.ii.preallega.ff.ſi certum petatur ubi le/
gitur ꝙ mutuum damus cum non ſum⁹
recepturi ea ſpeciem.cum igitur hic ean/
dem recipiamuſ non ſit mutuum.ſed do.
Acur.dicit contrarium.quia propoſitū i
ſpiciendum eſt exquo dominium fuerit
tranſlatum & aperte probatum inſti.qui
mo.re contra. obli.in prin.ex eo qđ ibi
legitur.& quandoq; nobis ꝛc.nec obſtat
ꝙ dicitur mutuum damus cum non ean
dem ſpeciem ſimus recepturi.quia uerū
eſt quo ad propoſitum utriuſq;.nam qui
accipit mutuum a prin.huius propoſiti
fuit.ut aliud recipiat & ſi ita erit licet po
ſtea quandoq; idem mutui reddatur mu
tuum erit.ut no.ff.ſi cer.peta.l.ii.in pri.

Item qui mutuum recepit ſimilem rē i
bonitate rei mutuate reddere tenetur.ná
dicit lex cum quid mutuum dederimus.
& ſi non cauerimus ut eque bonum no/
bis reddatur non licet debitori deterio/
rem rem reddere. unde ſi mutuaui tibi
uinum uetus & tu uis reddere nouum.
non potes quia licet uideatur ſimile cum
eo qđ mutuaui non tamen eſt in bonita/
te.quia nō eſt ita bonum ut uetus ut hec
uerba ponuntur.ff.ſi cer.pe.l.cum quid
Debet ergo in mutuo res reddi eque bo/
na ut data fuit.& intellige de bonitate in
trinſeca.ut ſit ſimilis ſaporis licet preci/
um curſu temporis mutatum ſit.nam li/
cet uinum quod mutuo tibi dedi ualeret
x.quando mutuaui.nunc autem quando
reddis ſimile uinum ualet.xx. non licet
propterea reddere deterius immo ſimi/
lis ſaporis & ita bonum reddere debes
ut mutuaui licet precium curſu tempo/
ris ſit mutatum.quod eſt ualde notabile.

ut .ff.ſi certum petatur.l. uinum. Itē
nota ꝙ in mutuo non liberatur debitor
caſu fortuito.Vude ſi mutuaui tibi pecu/
niam uel frumentum & pereat penes te
incendio uel alio caſu fortuito non libe/
raris.ut.ff.ſi cer.pet.l.incendium. ſecus
in commodato & depoſito in quibus de
bitor liberatur ſi res commodata uel de/
poſita caſu fortuito pereat.ut inſti.quib.
mo.contrah.obli.§.is cui. Differunt in
alio quia in mutuo non obligatur debi/
tor ad eandem rem reddēdam.ut.ſ.dixi.
Sed in cōmodato uel đpoſito debitor ad
eandem rem reddenda tenetur.ut in pre
alleg.§.item is cui.inſti.quib.mod.re cō
tra obli. Poſito uno exemplo in quo
re contra.obliga.ponendum eſt de alio
ut de commodato in quo ſimiliter obli.
contra.re.nam ſi rogaueris me.ut ſum/
mam meam ego tibi commodem ad cor/
rigendum tuam.uel equum meum ad e/
quitandum uſque ad uillam. & ego gra/
tis conceſſero. tu eris mihi obligatus ad
eandem rem reddendam licet pro miſe/
ris & es obligatus re.nam eoipſo ꝙ rem
meā tibi utendam do re obligaris ad ean
dem rem reddendam.ut inſti.qui.mo.re
contrah.oblig.§.item is cui. Circa ca/
ſum iſtum notandū eſt ꝙ ſi rem tibi utē/
dam ad certum uſum dedero gratis. tūc
erit contractus commodati.& naſcetur
actio commodati ad eandem rem repete
dam.Sed ſi rem utendam tibi darem non
gratis.ſed pro aliqua mercede quam mi
hi dares.tunc aut tu illam mercedem das
in pecunia.& tunc eſt locatio & condu/
ctio aut das in alia re.& tunc eſt contra/
ctus innominatus. In commodato au
tem tenetur ſcḋm quod dictum eſt cōmo/
datarius ad eandē rem reddendā quam
cōmodaui.Et hoc ē uerum finito uſu ad
quem cōmodaui.non autem ante.alioqn
beneficiū cōmodate rei eū potius decipe
ret q̄ iuuaret.quod eſſe nō debet.Ait eni
lex addiuuari qppe non decipi beneficio
nos oportet.ut.ff. cōmodati.l.in cōmo.
§ ſicut. Item eandē rem reddere tenet̄
non deterioratam ſed in tali ſtatu ut ego
ei dedi. quia non uidetur res reddita

UVA. BHSC. IyR_072

que deterior redditur.ut.ff.ꝯmo.l.iii.im
mo ſi deterior reddatur adhuc agere poſ
ſum pro deteriatione propria act. com-
modati.nec preiudicaui mihi licet dete-
riorem receperim quia non uideor pro-
prerea remiſiſſe damnum meum.ut not.
ff.de dolo.l.eleganter.§.non ſolum.

Item no.ꝙ in commodato tenetur ad
extimationem rei commodati regulari-
ter ille qui accepit rem utẽdam ſi res pe-
reat ſuo dolo uel ſua culpa lata leui uel
leuiſſima.ſi autem caſu fortuito pereat ñ
tenetur.ut.commod.l.ut ſi certo.§.nũc
uidendum.niſi pactum fuiſſet appoſitũ
ꝙ de caſibus teneatur ſm quod apponi
debet.ut dicam infra de pac.in.§.item
pactũ in quo quis.uel niſi in mora eſſet
reddendi rem commodatam.quia mora
conuertit periculum in eum.uel niſi cul
pa iſtius commodatarii precederet caſũ.
ut quia commodaui tibi equum ad equi-
tandũ uſq; ad uillam & tu duxiſti eũ ad
bellum & ita quia tibi res commodata
periit certe teneris quia fuiſti in culpa ut
talis caſus accideret.ut hoc no.inſti.qui.
mo.re contra.ob.§.item is cui.&.ff.com
mo.l.ſi ut certo.§.nunc uidendum. Et
quia in aurora plene de hac materia ſup
inſtrumento commodati tractatur.ideo
plura dicere non curo nec expoſitioni
eorum que hic dixi inſiſtere intendo.

Contrahitur etiam obligatio in alio
caſu ut in debito in quo ſic formo caſũ.
Ego credebam me teneri tibi ad .C. cũ
hoc eſſet ꝙ iam multa tecum facere ha-
buiſſem & in ueritate in nihilum tibi te-
nebar. qa tibi ſatiſfecerẽ de omnibꝰ que
tecum facere habueram.ſed forſan cum
rationem cancellatã non inuenirẽ de.C.
credens me eas tibi debere cũ nullo mõ
deberem per errorem ſolui. poſtmodũ ĩ
uenio ꝙ non debeã. Queritur an ſis ob
ligatus mihi ad reddendum quod per er
rorem ſolui. Et reſpondetur ꝙ ſic re. ná
datione illius pecunie quam dedi & dare
non debeam re mihi obligatus eris & da
tur mihi conditio indebiti cõtra te ad re
petendum quod per errorem ſolui.ut in
ſtitu. quibus modis re contrahitur obl.
§.is quoq;.& bene dixi qđ ꝑ errorẽ ſol-
ui. Quia ſi ex certa ſcientia ſoluiſſem ſci-
ens eum non teneri tunc non repeterem
quia uideor donare. Ait enim regula iu-
ris ciuilis ꝑ errorem ſoluti repetitio ei-
dem ex certa ſcientia dati donatio dicitˀ.
ut.ff.de regu.iur.l.ciuilis. Et de natura
huius debiti dicam.ĩ. de renunci.in.§.
cum in debiti. Item contrahitur obli-
gatio re in depoſito.ut ecce depoſui pe-
nes te librum meum ut eum cuſtodias.
uel ſaculum pecunie uel aliquam rẽ pe-
nes te depoſui.cer.obligatꝰ eris mihi re.
Nam eo ipſo ꝙ rẽ meam penes te depo-
ſui & tu ſuſcepiſti eam teneris actione de
poſiti & re obligaris.ut inſtit.quib.mo.
re contrah.obli.§.preterea.Et circa hoc
ſciendum eſt ꝙ depoſitarius tenetur ad
eandem rẽ reddendam quam in cuſto-
dia recepit. Sed quid ſi rem depoſitã
perdat an ad extimationem tenebitur.
Reſpondeo ſi dolo uel culpa lata ſua q̃
dolo compatur perdat tenebitur.ut.ff.đ
poſiti.l.ꝙ nerua.& inſtit.quib.mod.re.
contrah.obli.prealleg.§.preterea. Nam
& iſtud conſueuerũt glo.regulariter tra
dere ꝙ ubi qs in cauſa pecuniaria de do
lo tenetur.idem & delata culpa teneatur
quia lata culpa dolo compatur.ut.l.ꝑal
leg.l.ꝙ nerua. De leui culpa ideſt ne-
gligentia non tenetur depoſitarius.& im
puterˀ ſibi qui negligenti amico rem cu-
ſtodiendam tradidit.ut inſti.quib.mod.
re.contrah.oblig.§. preterea.niſi in caſi
bus in quibus tenetur de leui culpa.

Primus ſi per pactum ſuſcipiat ĩ ſe le-
uem culpam. Secundus ſi ipſe ſe obtu
lit depoſito.ut.ff.depoſiti.l.i.§.ſepe.Ter
cius ſi gratia depoſitarii tantum depoſi-
tum ſit celebratũ.ut.ff.ſi cert.pe.l.ſi qs.
& forte ibi leuiſſima culpa ueiret.ut ibi
dem not. Quartus ſi mercedẽ recipiat
depoſitarius ꝓ cuſtodiẽdo depoſito ĩ pe
cuniam.nam tunc de leui culpa tenetur
non ꝑ actionẽ depoſiti imo ꝑ actionem
cõducti.quia uideor operas cõduxiſſe ſi
autẽ accipiat non quãtitatẽ ſed ſpeciem
pro cuſtodia tenetˀ de leui culpa ꝑ actõ-
nẽ preſcrip.uerb.ex inominato ꝯtractu.



UVA. BHSC. IyR_072

ut.ff.depoſiti.l.i.§.ſi quis ſeruum.De le-
uiſſima autem non tenetur culpa depoſi-
tarius nec etiam de caſu fortuito niſi īter
contrahentes aliter per pactum conuene
rit.Contractus enim legem ex conuentō
ne accipiunt.quod enim in pactum deue
nerit debet ſeruari ut lex īmo lex eſt. ut.
ff.depoſiti.l.i.§.ſi conueniet.uel niſi đpo
ſitarius ſit in mora reddendi depoſitū.&
poſt moraȝ pereat depoſitum.ut.ff.depo
ſiti.l.ſi in aſia.§.fi. Item & ſi culpa ſua
lata uel dolus precedat caſum.ut.ff.đpo
ſiti.l.ꝙ nerua.&.l.i.§.ſed ſi rem.Et nota
hic ꝙ depoſitarius eandem diligentiam
quam in rebus ſuis preſtat tenetur & in
rebus depoſitis preſtare & non minorem
Nam ſi eſt in ſuis rebus diligens ultra ali
os homines & tantum in rebus depoſitis
diligens eſſe debebit.& ſi minus eſt dili-
gens in rebus ſuis q̄ alii homines nō mi-
norem debet adhibere diligentiam in de-
poſitis q̄ in ſuis adhibeat.alioquin fraude
non caret.nec enim fide ſola minorem ī
depoſitis rebus diligentiam preſtabit q̄ ī
ſuis.abeſſe enim preſumitur bona fides
cum res ſuas ſaluas habeat.& res depoſi-
te non apparent.ut.ff.depoſiti ꝙ nerua.
&.C.locati.l.i.immo hoc caſu quādo mī
nus eſt diligenſ in ſuis q̄ alii homines nō
ſufficit preſtare illam diligentiam quam
in ſuis preſtat.ſed tantam quantam homī
num natura communiter deſiderat. nam
ſi quis in rebus depoſitis tantam curam
preſtat ut in ſuis facit.ſed in ſuis non pre
ſtat tantum ut hominum natura deſide-
rat tenetur quia in lata culpa uidetur eē
per.l.ff.ſolu.matri.ſi conſtante.§.ſi ma-
ritus.& not.uidetur.ff.depoſiti.l.ꝙ ner-
ua.Et quia hic & in ſuperiori.§.facta eſt
mentio de dolo lata culpa leui & leuiſſi-
ma.& caſu fortuito ſcias breuiter aliud
eſſe dolum.ut quādo eſt machinatio ſtu-
dioſa.ut.ff. de dolo.l.i.§.ii. aliud latam
culpam ſcilicet non ītelligere qđ omnes
intelligunt uel maior pars.ut.ff.de uer-
bo.ſigni.l.late.Et de hoc exempla multa
dari poſſunt ſed breuitatis cauſa omitto
Leuis culpa eſt negligentia quedam.ut ī-
ſti.qui.mo.re.contra.oblig.§. preterea.

Leuiſſima culpa ē quando nō preuidit
illud quod quo quomodo preuideri po-
tuit.Caſus fortuitus eſt qui preuideri nō
poteſt etiam a ſapientiſſimo.ut inſti.qui.
mo.re contra.obliga.§.item.&.C.de pi-
gno.actio.l.que fortuitis. Contrahit
obligatio re in alio caſu ſcilicet in pigno
re.unde ſi aliquis mutuet mihi pecuniā
& ego aliquam rem meam pignori tradā
obligatur iſte creditor re.nam exquo rē
meam accipit pignori re obligatus eſt &
pigno.actio.tenetur ad pignus redden-
dum.ut inſti.qui.mo.re contra.obliga.
§.fi.Secus in ypothecaria que creditori
datur ad pignus perſequendum quia illo
ſolo conſenſu contrahitur.ut.ff. de pig.
ac.l.i.& inſti.de actio.§. item ſeruiana.
& hoc no.in pigno.actio.que datur cre-
ditori contra debitorem ad pignus repe
tendum non naſcitur nec a debitore intē
tari pōt niſi ſoluto toto debito.uel alias
ſatiſfacto.ff.de pig.actio.l.ſi rem.§.om-
nis. Item nota ꝙ creditor qui pignus
aliquod accipit.tenetur ad eandem red-
dendam quam accipit.& ſi pignus perdi
derit ſi quidem dolo uel lata culpa uel le
ui perdiderit tenetur.Si autem leuiſſima
culpa uel caſu fortuito perdiderit non te
netur.ut.ff.de pigno.act.l.ſi cum uende
rem.&.l.ſe.& inſti.qui.mo.re cont.obl.
§.fi.Quis autem dolum uel culpam pro
bare debeat dixi ſupra in contractibus ī
utilibus ratione perſonarum alias reruȝ
in.§.item prohibita eſt obligatio. Et
quia hic dictum eſt quomodo teneatur
qui rem in commodato depoſito & pi-
gnore accipit notare potes. & circa eos
& alios contractus quandam generalem
diſtinctiōem per quam cognoſcitur bre
uiter in quibus contractibus ueniat do-
lus uel culpa uel caſus fortuitus Aut.n.
contractus fit cauſa accipientis rem tan-
tum.ut eſt regulariter contractus cōmo
dati fit enim commodatum ad utilitatem
utentis tantū.quia ſi ſummā meā do tibi
ad corrigēdū tuā gratis.ut fieri debet ad
hoc ut ſit cōmodatū tuā utilitatē tantū
cōſequeris.ego aūt non.& tunc in tali cō
tractu & ſimilibus qui fiēt gr̄a accipiētis

UVA. BHSC. IyR_072

tantum regulariter tenetur accipiens de
dolo & lata culpa leui & leuiſſima de ca/
ſibus autem fortuitis non tenetur niſi pa
ctum ſpeciale. uel mora. uel culpa. que
illum caſum precederet contrarium in/
ducerent. ut ſupra proxime dixi. Aut eſt
talis contractus qui gratia tantum dan
tis fit ut eſt depoſitum quod fit ad utilita
tem dantis tantum. nam ſi depono aliqđ
penes te mea gratia tantum fit quia rem
cuſtodis tuam autē non. quia de hoc uti
litatem non conſequeris. & tunc in tali
& ſimili regulariter uenit dolus & lata
culpa. leuis autem uel leuiſſima uel ca/
ſus fortuitus nequaq̄ niſi pactum ſpecia
le &c. ut ſupra dixi. Si autem contractus
ſit talis qui. gratia utriuſq; fiat & dantis
& accipientis ut eſt pignus fit enī pignus
gratia debitoris ut magis ei pecunia cre
datur & gratia creditoris. ut tutius ſit ei
cautum de credito ſuo. & ut etiam eſt in
locatione que etiam gratia utriuſq; fit.
ut ſi loco tibi equum pro certa quantita
te pecunie. gratia mea fit quia mercedē
habeo grā tui accipientis. quia uſum rei
habebis in talibus contractibus gratia
utriuſq; partis factis tenet accipiens đ do
lo lata culpa & leui de leuiſſima & đ cāu
fortuito non tenetur regulariter niſi cul
pa caſum precederet uel niſi pactum ſpe
ciale uel mora eum de caſu teneri face/
rent. & probatur diſtinctio hec. ff. ꝯmo.
ſi ut certo. §. nunc uidendum. & inſti. q.
mo. re ꝯtra. obli. §. item is. &. §. preterea
&. §. fi. Sed hic queri poſſet an is qui
rem ſibi ꝯmodatam furto amiſit. dicatur
amiſiſſe caſu fortuito ut ſic non teneatur
Et circa hoc eſt ſciendu₃ quod colligūt
quidam glo. furtum non eſſe uidetur ca
ſus fortuitus. p. l. ff. pro ſocio. cum duo/
bus. §. dāna. Et dicunt furtum fieri non
poſſe ſine culpa ſaltem leuiſſima qa po/
teſt prouideri ne fiat a diligenti & ſolici/
to. & ſic ſꝫm hoc ille qui rem per furtū
ſibi factum amiſiſſet teneretur ſi ex tali
contractu eam habebat in quo leuiſſima
culpa ueniebat ſed licet ſic colligant gl.
illi tn̄ & furtū ſine culpa qn̄q; fieri pōt
ſꝫm do. Ac. ut. ff. de furtis. l. eum qui. §.
idem. Quid .n. ſi nocte uxor marito
ſurripuit uel potio ſibi detur cui ſit ami/
ſtum allopium. certe non erit ibi culpa.
& ſic tunc nō tenetur qui rem furto ami
ſit. Et ita nota furtum fieri plerunq; cul/
pa per. l. preallega. cum duobus. ff. pro
ſocio. Sed quandoq; ut modo dixi. La
trocinium autem inter caſus fortuitos e/
numeratur. ut. C. de pign. acti. l. que for
tuitis. prealleg. §. damna. Et dicuntur
latrocinātes qui in ſiluis ſtant ut ſpoliēt
palam tranſeuntes. Fures quidam de no
cte in domibus ſurripiunt. ut in auten.
ut nulli iud. §. penult. Sic incendium re/
gulariter ſine culpa naſci non poteſt li/
cet in culpabilibus non nocet. nam ſi ti/
bi uendidi domum. & antequam trade/
rem incendio domus conſumpta eſt nō
mea culpa. quia in ea cuſtodiēda diligēs
& ſolicitus fui. ſed negligentia cuiuſdam
ſerui mei uel alterius non ero ego domi
nus continuo in culpa nec propterea te
nebor. Nam licet tradatur incendium ſi
ne culpa non naſcitur. uerū eſt ſine cul/
pa illius a quo originem ſumit ſine cul/
pa tamen patriſſa. fieri poteſt ut dixi. Et
ſic ei in culpabili non nocet. ut hec pro
bantur. ff. de pigno. & commodi. rei uē.
l. ſi uēdita. &. ff. de offi. ꝑfec. iūc. l. iii. §. i.

## Verbis contrahitur obligatio. Rubr.

Ictum eſt de obligatiōibus que
re cōtrahuntur. Modo ſequi
tur uidere de his que uerbis in/
ducuntur. quedam enim obligationes
domini uerbis fiunt & ex uerbis in eſſen
ciam inducuntur. Et ad hoc cognoſcen/
dum ſcire habet ſcolaris ꝙ ciuilis ſapien
tia uoluit quēdam modum inuenire ſeu
ueſtimentum quoddam per quē modū
homines ad īuicem uerbis obligari poſ/
ſint. licet res aliqua non interuenerit. Et
hoc fieri uoluit ꝑ quandā ſolēnitatē uer
borum. ſ. ꝑ interrogationem unius pre/
cedentē & reſponſionē alterius in conti/
nenti ſubſequentem. Vnde lex ſtatuit &
firmauit ꝙ ubi interrogatio unius prece
det & rn̄ſio alterius in ꝯtinēti ſequatur.



UVA. BHSC. IyR_072

hoc modo promittis Martino.x.& ipſe
dicat promitto uel ſpondeo.ibi ꝑmittenſ
ſit obligatus iſti interroganti.que obliga
tio ex illa ſolennitate uerborum naſcitur
& ſic uerbis dicitur eſſe obligatus.ut hec
probantur in inſtitu.de uerbo.obliga.in
princi. Et nota ꝙ iſta conceptio uer-
borum interrogatio & reſponſio appella
tur ſtipulatio.Nam & ipſa uerborum cõ
ceptio ſumit nomen a digniore parte ſui
ideſt a ſtipulatiõe que ponitur pro inter
rogatione ſecundũ propriam ſignificatõ
nem.ut iſti.qui.mo.tol.obli.§.adeo.nec
credas ut quidam dicunt ꝙ obligatio uer
borũ ſit idem quod eſt ſtipulatio.uel idẽ
quod eſt ipſa cõceptio uerborum.ſed ob
ligatio uerborum eſt quoddam iuris uĩn
culum quod deſcendit & naſcitur ex ipſa
conceptione uerborum.que conceptio
appellata ſtipulatio eſt.Et ſic conceptio
uerborum & ſtipulatio idem ſignificant
quia ipſum factum.ſ.ipſum contrahere.
Sed obligatio uerborum eſt ius ex il-
lis originem trahens ut dixi.Et quia ex
conceptione uerborum ſeu ex ſtipulatio
ne que idem eſt inducitur obligatio que
dam.Ideo de ſtipulatione aliqua uidea-
mus.ſ.quid ipſa ſit.qđ iam patet ex his q̃
dixi.& unde dicatur.& qualiter cõtraha
tur. Stipulatio eſt uerborum conce-
ptio.quibus is qui interrogatur daturuȝ
facturũue ſe id quod interrogatᵘ eſt ſpõ-
det.ut.ff.de uer.obli.l.i.§.ſtipulatio aũt
Et attende uerba hic poſita.Dicit eni cõ
ceptio uerborum quia ſtipulatio conci-
pitur ex uerbis.ſ.ex interrogatione & reſ
ponſione.quibus uerbis ille qui interro-
gatur reſpondet ſe facturum uel daturũ
id de quo interrogatus eſt.non reſponde
ret ſtipulatio non ualeret imo ratione diſ
ſenſus uiciaretur ut inſti.de inuti.ſti.§.
prete.Et no.ex eo ꝙ dicit daturum uel fa
cturum ꝙ ſtipulatio fieri debet per uer-
ba futuri temporis tantum.uel per q̃ tan
tũdem preſtent.nã licet dicaᵗ promittis
dare bene ualet.quia pro futuro ponitur
per uerba autem preſentis temporis nul
la eſt ſtipulatio.unde ſi dico promittis ꝙ
das.uel promitto ꝙ do nulla eſt ut dixi.

Dicitur autem ſtipulatio a ſtipulo.ſti
pulum.n.apud ueteres firmum appella
batᵗ forte ſtipite deſcendens.ideo autẽ
ſtipulũ apud ueteres appellabatᵗ firmũ.
quia in firmatione ꝯtractus dabat unus
alteri pro inueſtitura baculũ uel ſtipiteȝ
ut hodie fit.i.marchia ut dicunt.Sed i lõ
bardia bibunt pro iueſtitura.in aliquibᵘ
autem locis manu coperta mantello iue-
ſtituram faciunt.contrahitur ſtipulatio
per interrogationẽ precedentẽ & reſpon
ſionem ſubſequentem in continenti ut in
prin.dixi. Et no.ꝙ olim uerba ſolẽnia
interuenire debebant ſiue per quodcũqȝ
uerbum fiebat interrogatio per idem fie-
ri debebat reſponſio.ut ſi dicebam ꝑmitꝰ
tis dare.& tu reſpondere habebas ꝑmit-
to.& ſi reſpondiſſes.ſpõdeo ſtipulatio ñ
ualebat hodie autem quibuſcũqȝ uerbis
conſenſu contrahentium compoſite ſint
poteſt ut regulariter omnibus quedam ſunt quibus renunciari non poteſt.& ſic cōtra regulam. Addit et littera tertiū membrum.quia quedam ſunt quibꝰ quādoq; renunciatur.& quandoq; non renunciatur.de quibus omnibus tractatur in hoc titulo.quā obrem oportet diuidere titulum iſtum de renunciationibus in tres partes quantum ad materiam principalem.de qua tractare intendit poſt preambulum iſtud.& hoc erit tertium dictū iſtiꝰ preambuli. Diuiditur ergo titulꝰ iſte de renunciationibuſ quantum ad tractatum principalem in partes tres.In prima parte tractatur de beneficiis quibus renunciari nō poteſt.& incipit.bene maced.ꝛc.In ſecunda tractatur de illis beneficiis quibus renunciari poteſt.& renunciatio ualet & tenet.& incipit hec ſecunda in.§.ſed hoc uiſo. In tertia tractatur de illis beneficiis quibus quandoq; renūciari poteſt.& quandoq; non renunciat̄ & incipit tertia pars in.§.ceterum ꝛc.hec dicta ſufficiant uſq; ad.§.mac.ſena.con. & legere debet poſtea lector textum uſq; ad.§.predictum.

Beneficium macedoniani ſena.conſul. competit filiuſfamilias.

Ic incipit tractare de illis beneficiis quibus renunciari non poteſt.Et primum beneficium qđ nobis occurrit cui renunciari non poſſit eſt macedonianum.de quo breuiter quatuor ſunt uidenda ſcilicet quare & a quibus fuit introductum. Secundo quibus competat & qd dicat. Tertio quot ſint neceſſaria ut cōpetat & recitare quoſdam caſus ſpeciales in quibus ceſſat iſtđ beneficium. Quarto an ei renunciari poſſit.& ſi non poſſit renunciare que ſit ratio quare ei non renunciatur.Sed quia hec late expoſita fuerunt ſupra in rubrica de contractibus inutilibus ratione ꝑſonarum.ideo hic breuiter pertranſibo.

Fuit enim introductum in odium madonis.fuit enim quidam peſſimus fenerator nomine Macedo.qui materiam peccandi & occidendi parentes filiis preſtitit pecuniam enim credebat & tacitis & uelatis uerbis ſuadebat de occiſione parentum.puta ita credo tibi pecuniam ut tu uillis facias ita ut cito ſis tui iuris & habebis hereditatem patris tui & tunc reddis mihi pecuniam iſtam.Sicque maximum conſequebatur lucrum plene remuneratus a filio facto ſui iuris.quod quia aperte iniquum erat correctionem per ſenatores accepit qui ſenatores erant centum numero & prouidebant ciuitate romane & legem facere poterant.ut ff.de legi.& ſenat.conſul.l.non ambigitur.& ſic una die ſimul coadunati fecerunt legem.ut filiifa.de mutuo non teneantur.& hoc in odium Macedonis.Et dicitur ſena.conſul.ideſt lex ſeu ſtatutum factum a ſenatoribus.macedonianum.i. quia per Macedonem moti fuerunt ad faciendum legem iſtam.nihilominus etiam contra omnes alios creditores datur ut iſta probantur.ff.ad macedo.l.i. Secundo ſciendum eſt ꝙ competit filiiſfa. in poteſtate patris aui uel proaui exiſtentibus & pecuniam mutuo ſine ſuo conſenſu accipientibus & competit heredibus & fideiuſſoribus eorum.& nedum competit dum ſunt in poteſtate.ſed & poſtea eis factis ſui iuris pro illo mutuo qđ acceperunt dum erant in poteſtate patris.Et dicit iſtud beneficium ꝙ ſi filiiſa. ſine conſenſu patris ſui ſub cuius poteſtate ſunt pecuniam mutuo accipiant nō teneantur ad illam pecuniam reddendam.nec ipſi nec parentes.nec heredes. nec fideiuſſores eorum.opponent enim exceptionem macedo.ſena.con.ut hec ꝓbantur.ff.ad macedo.l.i.&.l.ſi pater.§. non ſolum.&.l.ſed uilis.§.q̄q̄.&.C.eo. l.penulti. Tertio ſciendum eſt ꝙ ad hoc ut mace.competat ſūt neceſſaria iſta ſcilicet ꝙ pecunia fuerit uere numerata.

Item eo tempore quo erat filiuſfa.mutuum contractum fuerit.Item ꝙ mutuū non fuerit in his que numero conſiſtunt que omnia quō exemplari debeant & ꝓbari habes per ordinē.ſ.in rubrica đ cōtractibus inutilibus ratione perſonarum

UVA. BHSC. IyR_072

in.§.filiuſſa.& etiam ibidem ponūtur q/
dam caſus in qbus maced.ceſſat.quos
etiam appoſitos & per iura allegantes le
uiter ibi uideř poteris.& ideo hic eos re
citare non eſt opus.Et de iſta materia to
ta quod hic obmittimus ibi plene nota/
tur. Quarto uidendum eſt an poſſit
huic beneficio renunciari.& certe circa
hoc glo.terminat ꝙ filius nō poſſit huic
mace.renūciare. nec talem exceptionē
remittere niſi paterfa.factus eam remit/
teret.& eſt ratio quia non ſui.ſed in odiū
creditoris eſt introducta & proban. hec
C.ad mace.l.zenodocus.&.l.ulti.&.ff.
eo.l.ſed ſi pr̄.§.non ſolum.

Beneficium reſtitutionis ⁊c.

Irca.§.iſtum uidendum eſt.pri/
mo quibus competat beneficiū
reſtitutionis.& certe littera dicit
& bene ꝙ competit minoribus .xxv.an.
ſui ſimplicitate uel aduerſarii caliditate
leſis ſuper eo quod cum eis geſtum eſt
etiam in modico damno. non tamen in
minimo.ut.ff.de mino.l.i.§.ait pretor.
& per totum titu.&.ff.de in inte.reſti.l.
ſcio maioribus autem.xxv.an.leſis ſuper
eo qđ cum aliquo geſſerunt non ſuccur
ritur modico damno ſi modo re ipſa le/
ſio fuerit & non dolo aduerſarii.quia li/
citum eſt contrahentibus ſe ad inuicem
circunuenire.ut.ff.de mino.l.in cāe.§.
idem pomp.Si autem leſio eſſet enormis
damni tunc etiam maiori ſubueniretur.
licet dolus aduerſarii non interceſſiſſet.
ut.C.de reſcin.uen.l.ii. Si autem ex pro
poſito & dolo aduerſarii leſus fuerit ma/
ior bene ſuccurret ei etiā in modico dā/
no.& quo iure ei tunc ſubueniatur. dic
ut dictum fuit ſupra de obli.in.§.itē inu
tilis eſt ſtipulatio ratione. metus uel do/
li.Competit ergo mioribus ſ'm quod di/
ctū eſt ſi ledantur etiam modico damno
ſui ſimplicitate uel aduerſarii caliditate.
Et iſtā reſtitutionē petunt iudicis officio
toto tēpore ſue minoris etatis.& ea finita
ĩ.quadrienniū cōtinuum de his que in
minori etate geſſerūt.ut.C.de tēp.reſtit.
l.fi. Et quia de hac reſtitutione minorū
tractatum fuit.ſ. in.§. de contractibus
inu.rati.perſo.ideo de ea hic multa dice/
re non intendo. ſed ad litteram redeo &
quero an minor beneficio minoris etatis
poſſit renūciare.& terminat glo. noſtra
ꝙ nō.Et eſt ratio ut littera dicit. quia eo
ipſo deciperetur ſi renunciaret. ar.ff. de
mi.l.interdum & ſi ſine.§.reſtitutus.&.l
ait pretor in prin.Verum eſt tamen ꝙ ſi
adulti iurent in contractibus ſuis ſolen/
niter ꝙ ex iuramento priuantur reſtitu/
tione per auten. ſacramenta puberum.
de qua materia plene dic ut dixi ſupra đ
contractibus inutili.ratione perſon.in.§
quintus caſus eſt. Sed hic formo dubi
um quoddam. minor quidam uendidit
predium pro certo precio & leſus fuit in
contractu ita ꝙ petit in integ. reſtitui &
reſtitutus eſt.mandauit enim iudex pre/
dium ſuum ſibi reſtitui. eumqꝫ precium
emptori reddere ut facere debuit. poſt
hoc minor pnia ductus non uult hac re
ſtitutione uti.emptor autem uult preciū
repetere ex cauſa iudicati & prediū red/
dere ſicut iam pronunciatum eſt.querit̄
an emptor petere poſſit exquo minor n̄
uult uti iſta reſtitutione.Et dicitur ꝙ n̄.
imo poterit eum minor per exceptionē
repellere.quia unicuiqꝫ licet contemne/
re ea que ſunt pro ſe introducta.nec po/
teſt conqueri emptor quia in eadem cau
ſa reſtitutus fuerit in qua ipſe ſe cōſtitue
rit.& quam mutare non potuiſſet ſi mi/
nor auxilium pretoris non imploraſſet.
ut probatur.ff.de minor.l.ſi iudex.non
obſtat quod dictum eſt ꝙ beneficio mi/
noris etatis renunciari non poteſt. nam
& hic non dicitur ꝙ renunciari poſſit be
neficio minoris etatis.Sed dicitur ꝙ da/
ta ſibi reſtitutione in qua dictum fuit ēt
ut aduerſario ſuo reſtituat que habuit ab
eo poſſit ea uti ſi uult. & ſi non uult po/
teſt eam contemnere nec aduerſarius cō
tra minorem penitentem poterit ea uti
licet ibi uideatur & ipſe aduerſarius re/
ſtitutus. Item & hic queri poteſt ſi
minor dum littigaret in iudicio cum ali/
quo de fundo uel de aliqua alia re. &

UVA. BHSC. IyR_072

fuerit lata ſententẽtia contra eum de fũ do.& ipſe petat reſtitui contra ſententiã & in cauſa etiam reſtõis ſuccumbat.denegari enim potuit ſibi reſtitutio ꝑpter aliquam iuſtã cauſam.& uelit iterum in eadem cauſa reſtitutionem petere.an audiatur.Et certe reſponderi poteſt ꝙ nõ auditur.quia cũ ſemel petita eſt reſtitutõ & denegata non poteſt amplius in eadẽ cã peti.Debebat enim appellare ab illa ſententia in qua fuit denegata reſtitutio.qđ ſi non fecerit reſtitutionem ſibi ſemel denegatam amplius in eadem cauſa nõ petet niſi nouas defenſiones pertendere uelit iſte minor.quo caſu bene reſtituetur ille minor & ad totam cauſam reſtituet̃ ut perinde habeatur ac ſi ſententia lata ñ eſſet contra eum.Et appellant doct.nouas defenſiones ſiue illas que tunc erant. ſed allegate non fuerunt ſiue que poſtea emerſerunt. Item quod dixi ſi ſemel fuit denegata reſtitutio ꝙ amplius in eadẽ cauſa non conceditur niſi noue defenſiones allegentur intelligendum eſt uerum eſſe quando ad cauſam totam uult reſtitui ut perinde habeantur ac ſi ſententia ñ ſit lata contra eum.Sed ſi uelit reſtitui ad appellandum bene poterit.licet nouas cauſas non pretendat & reſtituetur ut appellare poſſit.uel a ſententia prima lata contra eum de fundo.uel appellare poſſit ab illa ſecunda in qua reſtitutio denegata fuit.quod magis uidetur glo.placere. Et nota ꝙ aliud eſt reſtitui ad totam cauſam & aliud ad appellandum.qa primo caſu perinde eſt ac ſi non eſſet lata ſententia.ſecundo non ita.quia ſi non exequatur cauſam appellationis uſqꝫ ad annum confirmatur prima ſententia. Et predicta locum habent quando ſemel petita fuit in integrum reſtitutio.& denegata iterum petitur. Si autem ſemel petita fuit & conceſſa iterum petatur in eodem negocio bene concedi debet quia ſepius peti poteſt ubi conceſſa prima fuit & non denegata.de hoc datur exemplum tale.Cuidam minori delata fuit hereditas quedam ipſe eum repudiauit & poſtea peciit reſtitui ut poſſit eam adire & conceſſa fuit reſtitutio modo uult iterum reſtitui ut poſſit ab ea abſtinere ſiue poſſit eam repudiare an poterit. Et reſpondetur ꝙ ſic.quia quando primo petiit non fuit denegata.immo conceſſa & ſic ſepius petere poteſt.hoc tamem fallit in caſu propter reuerenriam paternã. iſti ecce delata eſt hereditas cuidam filiofami.minori.pater enim adiuit hereditatem quod facere potuit de auctoritate.qa iſte erat infans.& filius poſtquam fuerit liberatus a patria poteſtate uel poſtquã adoleuit petat in integrum reſtitui ut talem hereditatem repudiare poſſit quod facere potuit & fuit conceſſa ſibi reſtitutio.poſtmodum petat in iterum reſtitui ut adire poſſit non auditur ne leges ei ludibrio fiant.& probantur predicta.C.ſi ſepius in integ. reſtitutio.pe.l.i.ii.&.iii. &.ff.de minori.l.ſi non.§.reſtitutus.&. C.de bonis que lib.l.fi.§.ſi aũt puerilis.

Beneficium ut quis condemnetur inquantum facere poteſt.

N.§.iſto ponitur tertium beneficium cui renunciari non poteſt niſi ſecundum quod.j̃.dicaꝫ.Et circa iſtud beneficium tria tangenda ſũt. Primo quid dicat. Secundo quibꝫ competat. Tertio an ei renunciari poſſit. Sciendum eſt ergo primo quid dicat.Et ad huius materie intelligentiam ſcire debes ꝙ ſi aliquis eſt debitor ego poſſum eum inſolidum conuenire & inſolidum mihi condemnari debet.& contra eum mandatur ſententia executioni uſqꝫ ad unum denarium.& ſi ſententie ſatiſfacere non poteſt in carcerem detruditur & bannitur hodie eſt debito loco carceris ut iſta colligi poſſunt.C.q bo. cede.po.l.i.& inſtitutio.de actio.§.ſunt preterea.&.ff.de re iudica.l.a diuo.§. executus.uſque in fin.l. Sed licet ita ſit regulariter & de iure communi tamen ſunt alique perſone priuilegiate que nõ tenentur niſi in id quod facer̃ poſſunt & condemnari debent & executio contra eas in id tantum quod facere poſſunt &

UVA. BHSC. IyR_072

non inſolidum. Et quod dicitur ꝙ in his
que facere poſſunt tenentur & non ultra
ſubaudi habita ratione ne egeant. nõ eñi
totum qd' habent ab eis extorquendum
eſt. ſed ipſarum perſonarum ratio habẽ-
da eſt ne egeant unde & ſi aliquid hñt ñ
debet illud eis aufferri ſi illi ſoluto ege-
rent. nam nec illud modicum qd' habẽt
dicuntur poſſe facere ex quo honeſte &
ꝯmode facere non poſſunt. Et ꝙ taliter
ſint intelligenda illa uerba id qd' facere
poſſunt probã. ff. de re. iur. l. in condem-
natino e. &. ff. de uerb. ob. l. nepos ꝓcu-
lo. Sunt eqdem iſte perſone que bene
ficium iſtud habent multe. de quib⁹ lr̃a
noſtra aliquas ponit quas primo expo-
nam & poſtmodũ recitabo extra litterã
aliquas alias quibus predictum cõpetit
beneficium. Cõpetit ergo primo hoc
beneficium marito ſi cõueniatur ab uxo
re diſſoluto m̃rionio ad dotem. Condem
nari. n. tunc debet q̃tum facere poteſt &
non ultra niſi doloſe feciſſet circa res ſu-
as ne ab eo ſolidum peteretur. Item &
ſi conſtante m̃rionio pro dote conuenia
tur in caſib⁹ ꝑmiſſis quos notatos habes
in aurora in ꝯo. ca. de dotibus ſuper no-
tula illa preterea no. ꝙ dos. In aliis ãt
ꝯtractibus quos cum uxore fecit ſiqdem
conueniatur maritus ab ea conſtãte ma-
trimonio cõpetit ei predictũ beneficiuꝫ
Si aũt diſſolutio m̃rio ꝯueniatur nõ cõ-
petit beneficium q̃uis ꝯſtante m̃rio fue-
rint celebrati tales contractus. Itẽ cõ-
petit heredibus mariti ſuis. i. filiis qui ſui
heredes dicuntur. & hoc ẽ planum quan
do ſunt nati de illa uxore q̃ agit pro do-
te repetenda. Sed quid ſi ſint filii ex al
terius matrimõio mulieris & idẽ. ſ. ut be
neficium eis ꝯpetat. ut ꝓbatur ar. a ꝯtra-
rio ſenſu ſumpto licet ex. l. maritũ. ff. ſo.
ma. extraneo autem heredi mariti nõ da-
tur. quia tale beneficiũ perſonale a. l. ina
nimata conceſſum & cum perſona extin
guitur. Idem & in conceſſo a lege anima
ta. i. a principe uiuente. niſi aliud ſit actũ
& probantur predicta. ff. ſo. ma. l. mari-
tum. &. l. ſe. &. l. & filios. &. ff. de re. iur. l.
non tantum. Item competit predictũ
beneficium predictis heredibus ſuis ut
dictũ eſt. ſi conueniãtur actione ex dote
ex promiſſ⁹. dotis. ſecus ſi conueniantur
act. ex teſtõ. ut quia dotem legauit mari
tus in teſtamẽto uxori. Nam tunc nõ cõ-
petet. imo in ſolidum conuenientur. Et
ſic plenius eſt legatũ dotis q̃ actio de do
te. ut not. in inſti. de leg. §. ſed ſi uxori.

Item competit beneficium predictum
ſocero ideſt patri mariti quando conue-
nitur pro dote a nuru. quia parentis lo-
cum obtinet ſocer. Unde non minus nu-
rui q̃ filio in pleriſqꝫ habet prouidere.
Nam & filii onera & nurus ipſe agnoſce
re habet neceſſe. ut probatur hoc. ff. ſo.
ma. l. re iudicate. §. ſocer o. &. l. ſeq. &. ff.
famil. hercil. l. ſi filia. §. ſi filius in fi. §.

Porro que dicta ſunt in marito ſi con
ueniatur ab uxore eadem ratio equitatis
in uxore ſuggerit obſeruari ſi ꝯueniatur
a marito. ut prealleg. l. ff. ſo. ma. non tã-
tum. §. fi. Sed an ſocero ideſt patri mu
lieris competit iſtud beneficium ſi con-
ueniatur a genero ex promiſſione dotis.
Et certe dicas ꝙ ſic ſi ipſe conueniatur
conſtante matrimonio. & ita intelligitur
ff. ſo. ma. l. ex diuerſo. Si autem diſſolu-
to matrimonio ſocer ex promiſſione do
tis forſan quia ex pacto debebat lucrari
dotem maritus morte mulieris certe tũc
non uidetur competere. ut. ff. de re. iu. l.
ſicut in fi. &. l. ſeq. Sed & tunc quando ſo
luto matrimonio conuenitur diſtinguit̃
quia aut doloſe & malicioſe promiſit tan
tam dotem. ut generum ſibi iduceret cũ
& ſciret ſe dotem non poſſe preſtare id e
gerit ut genero inſidiaretur. & tunc non
ſuccurritur imo inſolidum conuenitur.
Si autem ſine dolo uerſatus fuerit tunc
ei ſuccuri uidetur. ut. ff. de iur. dot. l. pe.

Extraneo autem dotem promittenti ñ
ſuccurritur ſed inſolidum condemnatur
ut prealleg. l. pe. ff. đ iur. dot. Sed qd
ſi maritus qui habet beneficium ut con-
ueniatur inquantum facere poteſt & nõ
ultra faciat pactum uxori ꝙ ipſum in ſo
lidũ conuẽire poſſit. uel ecõtra uxor ma
rito uel ſocer genero faciũt pactũ ut in
ſolidũ ꝯueiri poſſint. uel r̃nũciauit huic

UVA. BHSC. IyR_072

beneficio an ualeat pactum uel renũcia/
tio. Dicendũ eſt ꝙ non quia contra bo/
nos mores eſſet cum cõtra receprã reue/
rentiam que maritis exhibẽda eſt eſſe ap
pareat.ff.ſolu.ma.l.alia cauſa.§.elegan/
ter. Item quid ſi ſoluto ma.fiat hoc pa
ctum. Reſpondet Acur.ꝙ nec tunc ualet
ſm.&.p.l.prealle.& pro eo etiã facit.ff.
de relig.l.ꝙ ſi nulla. Sed contra uidet̃
ut ipſe glo.dicit p ar.ff.de pac.do.l. licet
&.l.ſequenti. Item quid ſi iuretur. Reſ
põdet Ac.ꝙ nec tunc.ut.ff. de pact.iur.
gen.§.& generaliter. Item competit p̃
dictum beneficiuꝫ patrono & patrone &
liberis eorum & parentibus eorum.quã
do conueniunt̃ a libertis ſuis. Nam ĩquã
tum facere poſſunt condemnatur & non
ultra habita ſemper ratione ne egeant.ut
s̃.in prin.dixi.ff.de re.iur.l.patronus.
Et quod dixi ꝙ parentibus competit ac/
cipere parentes in infinitum. cum ſit fa/
uor in iſtis perſonis.qui fauorem ampli/
andus & odia reſtringenda.ut de libe.&
poſtu.l.cum quidam.& ad hoc.ff.de in
ius uoc.l.quoqꝫ.§.parentes. Proprie ta/
men & ſecũdũ uocabuli ſignificationem
parentes uſque ad tritauum dicuntur.
ab inde uero ſupra dicuntur maiores
ut.ff.de gradibus.l.iuriſconſultus.§.pa
rentes. Item competit patri predictuꝫ
beneficium quãdo conuenitur a filio uel
a filia.conueniri enim poteſt pater a filio
uel a filia indubitanter ſi eſt emancipatuſ
uenia prius petita tamen.ut.C.de in ius
uocan.§.ſi. Sed ſi filius eſt in poteſtate
tunc non poteſt patrem conuenire.nam
dicit lex cum eo quem in poteſtate habes
lis nulla eẽ poteſt.ut.ff.de iudi.l.lis nul/
la. Fallit in caſtrenſi & quaſi caſtrenſi pe
culio.ut.d.l.in fi. Item fallit in caſibus in
quibus filius compellit patrem ut eman
cipetur.quos not.inuenies.s̃.de perſoniſ
& perſonarum diuiſionibus in.§.quarta
diuiſio. Item ſi petat alia patre.ut.ff.de li/
be.agno.l.ſi quis a liberis ĩ pri. Item
forte poteſt filius patrem conuenire alie
no nomine.ut tutorio & curatorio & ꝓ/
curatorio.ut ar.ff.de in ius uocan.l.que
ſitum.& licet quantum ad beneficium de
quo hic tractatur mihi faciant nobis ali/
qui de iſtis caſibus tamen utile eſt ſcire.
quia quantum ad illam materiam multũ
proſunt. Sunt & alii caſus in quibus
lis poteſt eſſe inter patrem & filium ĩ po
teſtate exiſtentem.quos hic non dico.ſed
deo dante dicam infra de iudiciis qui poſ
ſunt & non poſſunt iudicio intereſſe. &
ſunt iſti caſus ſpeciales. Regulariter autẽ
lis non poteſt eſſe inter patrem & filium
in poteſtate exiſtente.ut.s̃. Sed an iſte
perſone patronus & pater poterunt re/
nunciare huic beneficio ideſt pactum fa
cere ut inſolidum conueniantur dicen/
dum eſt ꝙ non.quia eis propter reueren/
tiam perſone conceditur. ut preal.l.ff.ſo
lu.ma.l.alia. Item competit predictũ
beneficium ſocio ſi cõueniatur a ſocio iu
dicio ſocietatis.condemnatur.n. inquan/
tum facere poteſt ſocius. Et hoc uerum ẽ
ſi confiteretur ſe ſocium.alias. ideſt ſi ne/
get ſe ſocium non datur ei hoc beneficiũ
Et hec probantur.ff.eod.l.ſunt.&.l. ſed
hec ita. Et ꝙ ſocio confitenti ſe ſocium cõ
petit predictum beneficium ſummã ha/
bet rationem.cum ſocietas ius quodam/
modo firmitatis in ſe habeat.quia ſocii ut
fratres ſe inuicem diligunt & quia ratio/
ne ſocietatis ſunt res communes ſicut ra/
tione fraternitatis.an ergo fratres ĩter ſe
uice mutua condemnabuntur inquantũ
facere poſſunt. Rñdet glo.ꝙ non. ſubeſt
enim illa precipua ratio in ſociis quia ꝓ
pter res ſit conuentio honeſta ob cõmo/
diorem uſum & uberiorem queſtum. In/
ter fratres uero incidenter non ex con/
uentione ſunt bona cõmunia.& iſta ra/
tione multis denegatur quibus uidebat̃
dandum.denegatur enim patri & dño ſo
cio & ſucceſſoribus ſocii.non eñi heredi
bus ſocii.ſicut nec datur heredibus credi
torum qui in id quod facere poſſunt cõ/
ueniuntur.ut.ff.pro ſocio.l.noſtra.r̃.pr̃.
Sed an ſi ſocius renunciet huic benefi
cio ſeu pactum faciat ut ĩſolidũ ꝯueniat̃
ualebit pactum dicũt glo.ꝙ ſic.ff.de re.
iur.l.ſi cõuenerit. Et ſic no.ꝙ aut cõpe/
tit iſtud beneficium propter reuerentiam
pſone.& tunc remitti nõ põt. & ſic loq̃

UVA. BHSC. IyR_072

l.preal.alia.ff.ſo.ma.aut competa ratiõe contractus uel actionis.& tunc bene poteſt remitti.ꝙ ſic loquitur preal.l.ſi conuenerit.ff.de reg.iu. Sed hic quero ſi ille qui poteſt conueniri faciat pactũ cũ creditore ſuo ut conueniat ipſum in id tantum quod facere poteſt.an ualeat pactum. Reſpondetur ſic.ff.de pac.l.ſi qs crediderit. Item quero an fideiuſſori iſtarum perſonarum que beneficium habent ut conueniantur in id quod facere poſſint detur predictũ beneficiũ. Rñdetur imo inſolidũ conuenietur fideiuſſor & inſolidum aget mandati.ſed ſecus i defenſione iſtaꝝ perſonarum. nam condẽnantur inq̃tum facere poſſunt iſte perſone quaſ defendit.non enim defenſores debent in plus grauari q̃ dñs preterq̃ in ſatiſdando.ut.ff.de pec.l.ſed & ſi.§.defẽdere.aut fideiuſſor conuenitur ex pſona ſua & non habet plerunqꝫ except.reo cõpetentem.ut in hac except.& probantur predicta.ff.pro ſocio.l.ueꝝ.§.i.&.ff.de reg.iu.l.ſi fideiuſſor. Item no.ꝙ quando maritus conuenitur uel ſocius & ſimiles perſone.& allegant beneficium ut conueniantur i id tantũ quod facere poſſunt debent cauere ꝙ ſi ad fortunam peruenerint piguiorem ſolidũ ſoluent.ut.C de rei uxo.actio.l. unica.§. cum autem.&.ff.pro ſocio.l.ueꝝ.§.item uidendum.

Vltimo extra litteram ſciẽdũ eſt iſtud beneficium competit illi q donauit ſi cõueniatur ab illo cui donauit.ut.ff.de re.iur.l.inter eos.§.ulti. Item competit illi qui ceſſit bonis ſuis creditoribus nam ſi aliquibus bonis credat.& poſtmodũ aliquid acquirat conuenietur a creditoribꝰ de poſtea queſitis in id tantũ quod facere poteſt deducto ne egeat. prodeſt nedum in iſto ſed etiam in alio ſi aliquis bonis ſuis ceſſerit quia pro debito quod antea tenebatur nõ põt in carcerem detrudi.ut inſti.de act.§.fi.&.C.q bo.ce.poſ.l.i.Et fit iſta ceſſio bonorum i iure & extra inter preſentes & abſñtes & per nuncium & p epiſtolam.ut.ff.de ceſ.bo.l.fi. Sufficit.n.ſola uoluntatis profeſſio.ut.C.qui bo.l.in omni.

Eſt quoddam beneficium quod dicit ne liber homo.

Eges dicunt ꝙ liberi homĩes ob es alienum ideſt propter debitum quod alicui debetur nam es alienum dicitur illud qđ nos aliis debemus non poſſint obligari.ideſt loco pignoris dari.unde ſi pecuniam mutuo accipiam & uelim quendam liberum hominem loco pignoris dare non poſſum.& ſi facio non tenet pignus.etiam ſi ſit filius meus. imo creditor qui liberum hominem etiam filiũfa. hodie pignori accipit eum tenet a debito cadit & tantundem de ſuo debet dare retento uel parentibus eius & nihilominꝰ ſubdi debet corporalibus penis. ut hoc probatur.C.que res pigno.obli.poſſ.l. qui filios.&.C.de acti.& obli. auten.immo.In caſu tamen poteſt pater filiũ obligare.ſ.in eo caſu in quo poteſt eum uendere.quod contingit propter neceſſitatẽ famis. ut not.C. de pat.qui fili.diſtr.l.i.&.ii. Sed an his legibꝰ que dicuntur ꝙ liber homo pignorari non poteſt poſſet renunciare.Dicunt glo.& littera noſtra ꝙ non. Et eſt ratio quia talis renunciatio eſſet damnoſa & contraria libertati.& not.de hac ratione in auten.ut ma.debit.§.primo.

Beneficium fori quod competit forenſibus.

Ictum eſt de quibuſdam beneficiis quibus renunciari non põt. Sequitur uidere de alio cui etiaꝫ non renunciatur ut de beneficio fori. Et circa hanc materiam conſueuerunt noſtri antiqui magiſtri ſic procedere. Vt primo dicam aliqua de ſignificatiõe huius uocabuli fori. Secundo quibus competat hoc beneficium.& quid dicat. Tercio an ei renunciari poſſit. Et ſi ei renunciari non poſſit. quomodo aliter fieri poſſit. ut predictũ beneficiũ ceſſet. Eſt igitur ſciendum ꝙ forũ fori uno mõ accipit ꝓ loco i quo gentes ꝯueniũt

UVA. BHSC. IyR_072

cum multis rebus ad negociandum ad i
uiceꝫ.ſed forus fori maſculini generis ac
cipitur pro burſa. Item forum fori di/
citur locus in quo lites agitant̃.ſed acci/
pi pōt forum pro iuriſdi.unde iſte nō eſt
de foro Bononienſi ideſt iuriſdictiōe ſeu
diſtrictu ciuitatis Bononiē.Et ita accipit̃
in materia de qua tractatur ad preſens.

Viſo ergo de uocabuli ſignificatione
uidendum eſt ſecundo cui competat iſtđ
beneficium.Equidem competit omnibuſ
forenſibus qui conueniuntur ſub iudice
illius terre in qua forenſes ſunt. Vnde ſi
florentinus uel mutinenſis conueniatur
ſub iudice Bon̄.poſſunt illud beneficium
allegare. Sed quid dicit iſtud benefici/
um.certe dicit ꝙ forenſes conuenti ſub
iudice illius terre in qua foreſes ſunt nō
teneantur reſpondere immo poſſunt eū
ex priuilegio declinar̄ & iudicem ſue ter/
re inuocare.unde in hoc habent priuile/
gium ſi nolunt reſpondere ſub iudice il/
lius terre ſub qua forenſes ſunt non te/
nentur .cum illi qui ſunt ſubditi iudici il
lius terre teneantur comparere & reſpō/
dere.Et ſi non comparerent poſſet eos iu
dex mulctare & aduerſarium mittere in
poſſeſſionem bonorum non comparen/
tis.ut.ff.ſi quis ius dicendi non obtemp.
l.unica.&.C.de bon.auct.iud.poſſi.l.cū
proponas.Sed ſi ſponte uellent forenſes
ſub non ſuo iudice reſpondere.& ex cer/
ta ſcientia litem conteſtari bene poſſunt
& ualeret iudicium. Ad hoc ut melius
poſſit uidere iudex ponam caſum in ter/
minis Ray.erat florentinus & erat debi/
tor meus ad.C.& ego eram bonon.inue
nio.R.una die in ciuitate bonon̄.& facio
eum citari coram iudice bono.& ipſe ue/
nit & dicit.domine ego ſum Florentinus
uos non eſtis iudex Florentinorum.ſed
bononienſis.unde non habeatis pro ma/
lo quia declino uos & nolo ſub uobis reſ
pondere & ſi Pe.dicit ꝙ ſibi debeo aliqd
ueniat Florentinam.& paratus ſum ibi
de iure reſpondere.& ego Pe.dico uolo
ꝙ reſpondeat hic bono.ſub meo iudice.
quis noſtrum audiri debet. Reſpondet
lex quia reſpondet propter regulam que
dicit.Actor debet ſequi forum rei.& nō
reus forum actoris.ut.C.de iuriſdi.om.
iud.l.iuris ordinem.conueniendus eſt
igitur debitor in foro ſuo & non in foro
actoris propter regulam.ſ̄.dictam.& ſi/
queratur quod eſt forum debitoris. Cir/
ca hoc cognoſcendum ſciendum eſt.ꝙ
glo.noſtri dominus Azo.& Ac.ſcribunt
ꝙ multis modis ſortitur quis forum.

Primo ratione domicilii nam ubi quis
habet domicilium ibi poteſt conueniri.
Domicilium dicitur quis eo loco habere
ubi habet larem uel maiorem partē for/
tunarum ſuarum ubiqꝫ ſummam rerum
ſuarum.ita conſtituit ut inde deceſſurus
non ſit.de quo ſi profectus eſt peregrina
ri uidetur ad quem ſi rediit peregrinari
iam deſinit.ut.ff.de regu.iur.l.ſi fideicō.
§.pe.&.C.de incolis.l.ciues. Sed quid
ſi debitor cepit uagare per orbem terra/
rum nec alicubi habeat certum domici/
lium uidetur ꝙ ubicunqꝫ inueniatur poſ
ſit conueniri alioquin creditor ius ſuum
perderet.ar.ff.de ope.li.l.ꝙ ubi.§.fi.&.
ff.de his que in frau.cre.l.ait pretor.§.ſi
debitor.& certe aut ibi reſpondebit aut
ſatis dabit.ut.ff.de iud.l.ii.§.pe. Secū
do ſortitur quis forum ratione contractꝰ
ſcilicet ut poſſit quis conueniri in loco
ubi contraxit ſeu obligationem aliquam
fecit.Et hec ſunt uera.ut ratione contra/
ctus poſſit quis conueniri in illo loco
ubi contraxit ſi moram aliquam fecit ibi
ad aliquod exercendum. non tamen in/
telligas ꝙ neceſſe ſit ꝙ ibi conſtituat do/
micilium.Sed ſi tabernam oreum uel ar
marium ibi conductum habuerit ubi
contraxerit ibi poterit conueniri ratio/
ne contractus & nihilominus in loco do
micilii. Secus autem ſi quis contrahat
cum mercatore aduena uel cum uiatore
uel cum eo qui tranſuehit quem ſciebam
inde confeſtim ꝓfecturum ideſt receſſu/
rum.quia tunc talis mercator cōuenien/
dus eſt in loco domicilii ſui & non i loco
contractus ex quo morā non fecit ibi ſ̄m
predictū modum.Sed qd ſi ille qui con/
traxit cum mercatore aduena ignorabat
eum in de cōfeſtim receſſurū.uidet̃ tunc

UVA. BHSC. IyR_072

dicendum eum poſſe conueniri ſm Ac. & probantur hec.ff.de iudic.l.heres abſens. Et nota circa cauſam predictam ꝙ ſi aliquis promiſit ſoluere aliquid i aliquo loco.ꝙ ibi eum potero cōueniř ubi ſoluere promiſit eo ꝙ ibi contraxiſſe uidetur.non autem ubi contractus fuit factus niſi ibi haberet domicilium.& ſic i loco ſolutionis deſtinate eum conueniā quia ibi uidetur contractum celebraſſe. ut.ff.de acti.& obli.l.ꝯtraxiſſe.Et nihilominus in loco domicilii ſui.ut prealle. l.heres in fi.Et circa hanc materiam diſtingue.quia aut apponitur locus ſolutōnis in contractu.& ibi conuenitur ratione contractus nam ibi uidetur contractum celebraſſe.ut.ff.de iudic.l.heres abſens in fi.&.l.ſeq.&.l.exigere.& nihilominus in loco domicilii.ut prealle.l.heres in fi.non autem in loco ubi fuit celebratus contractus. Aut non apponitur locus ſolutionis.& tunc in loco contracte obligationis ſi moram aliquam fecit ibi ad aliquid exercendum.ut prealleg.l hřs.uer.at ſi quo. Et nihilomiuus in loco domicilii.ut.l.exigere.ff.de iudic.

Item ſortitur quis forum nedum rōe contractus.ſed etiam ratione quaſi contractus.ut quia negocia alicuius alicubi geſſit.uel aliter quaſi contraxit. nam ibi conueniri poteſt ubi geſſit. ut prealle.l. heres.§.i.&.l.ſeq.&.l. interdum.§.fi.

Item ſortitur quis forum ratione delicti uel quaſi delicti. nam ubi quis delinquit illic iuri ſubiaceat. ut.C.ubi de cri. agi opor.l.i.& auten. qua in prouincia. Sed anteꝗ̄ procedam ad illos modos qbus quis ſortitur forum ſciendum eſt ꝙ illud quod dictum eſt.ſ.ꝙ quis debet reſpondere & ſe defendere in loco contractus ſuppletur quidam ſi ibi inueniatur colligentes hoc ex principio.l.prealleg. heres abſens. Sed Ioh.& Azo. dicunt ſiue inueniatur ſiue non.adeo ut remittatur per iudicem ad locum contractus ſicut eſt in criminibus in quibus remittiř quis ad locū delicti.ut ibi de delicto cognoſcatur.& delinquēs ibidē puniař. ut ff.de accuſat.ſi cui.§.fi.& in auten. non nulli iudi.§.ſi uero. cum ſint quo ad ius fori contractus & delicta paria.ut.ff. de iudic.l.omnem. & in auten.ubi oēs obediunt iudici.§.proinde.&.§.conſiderantes.licet quidā uoluerint dicere ꝙ in delictis remittitur ut puniatur.ſ3 iudex cognoſcet ubi habet domicilium.ar.C. de exhiben.re.l.i. Item ſic remittatur magiſtratus.ut.C.de rōciniis.l.ii. Itē poteſt indici ei mulcta ſi non uenerit.ut.ff. ſi quis ius di.non obtemp.l.i.in princi. nec obſtat huic opinioni prin.l.prealle. heres abſens.imo facit pro iſta opinione quia uerbum conueniendum ibi poſitū perfectam conuentionem demonſtrat. & qđ dixi inueniatur ſubaudiendum eſt maxime.& hoc hic non latitet alioquin poteſt citari.& ſi non uenerit mittitur in poſſeſſionem bonoꝝ quam habet ibi in loco contractus. ut.l. heres abſens.§.i. circa fi. uel ſi uelis defendere primā opi. dic ꝙ dicta.l.de ac.ſi cuius.in fi.ſit quoddam ſpeciale in crimine ſacrilegii. Itē in auten.ut omnes obe.& in.l. omnē.ff. de iudi.dic ꝙ parificantur contractus & delicta in illis caſibus & in iuribus que iam ſunt inuēta at caſus ut in delictis inuiti reducantur adhuc non erant. cū illa auten.ut nulli iudi.ſit poſterior. ſed ſm hoc quid ſi non habet ibi bona.Reſpondet Ac.pronunciat iudex de mittendi in poſſeſſionem & mandabitur executioni ꝑ iudicem.ad curam cuius pertinet ſicut in diffinitiua fit.ut.C.de iudi.ꝓperandū §.ſin aūt.reus.&.ff.de.l. a diuo.&.ff. de bo.auc.iud.re.iu.po.l.cum unus.§.fi. Sed quidam in interlocutoriam dicunt ſecus quaſi non poſſit dari niſi a iudice illius loci ſi non ſtudioſe abeſt ut uadat ad eum ubi eſt. ut.C. de iur.om. iudi.l. iuris ordinem. Itē poteſt dici ſm opi. Io.ꝙ non latitat nec habet ibi bona.

Item ſortitur quis forum ratione originis proprie uel paterne.ut.ff.ad muni.l aſſumptio.§.i. Item ratione cōmunis patrie.ut Rome.ut.ff.ad mu.l.roma.

Item ratione matrimonii. mulier ſequiř foꝝ uiri.ut.ff.đ iu.l.exigeř.&.ff.ad mu. l.ulti.§.ii.aliud in concubina.ut in.e.ti.



UVA. BHSC. IyR_072

l.de iure.§.fi. Item ratione ordinis uel clericatus uel ſtudii ſcholaſtici ſortitur quis forũ.uel epĩ uel magiſtri.ut in autẽ. ut cle.apud ꝑprios epos.§.i.& in prohe mio.ff.in fi. Item ratione curſus tẽpo ris.ut.C.de incolis.l.ii. Item ratõe poſ ſeſſionis.ut.C.ubi.in rem acti.l.fi. Itẽ ratõne militie. nam ubi miles militat ibi ſortitur forũ .ut .ff.ad muni.l.municipa les.§ fi. Item ratione manumiſſionis libertus ſequitur forum patroni.ut.ff.ad mu.l.aſſumptio.§.fi.ſic igitur patet ex ſu pradictis quibus competat beneficiũ fo ri.& quid dicatᷣ.nam dicit ut debitores conueniantur in foro ſuo.Et quod ſit fo rum ipſorum etiam ſupra dictum fuit.& ſi alibi conueniantur poſſunt iudicem de clinarẽ allegando beneficium fori. Sed nunc eſt uidendum an ſi creditor faciat debitorem renunciare ualeat renuncia tio & ſi conueniatur poſtea debitor ſcili cet poſtq̃ renunciauit alibi q̃ in ſuo foro an poſſit iudicem declinare & iſtud bene ficium allegare. Et reſpondet littera & bene ꝙ non ualet renunciatio quinimo etiam ſi pactum expreſſum fieret ꝙ credi tor poſſit debitorem ſuum conuenire co ram alio iudice q̃ ſuo nõ ualeat pactum ſi debitor nollet eum ſeruare.Et ſi credi tor conueniret debitorem ex tali pacto alibi q̃ in ſuo foro ſemper uſque ad litem conteſtatam poteſt debitor mutare uolũ tatem iudicem non ſuum declinando. nec huiuſmodi conuentioni ſtare tene tur.Nam nemo poteſt per pactum face re.ut ille ſit ſuus iudex qui non eſt.& be ne dixi ꝙ ante litem conteſtatam poteſt declinare iudicem non ſuum non obſtã te pacto.Secus ſi ſponte litem conteſtare tur coram tali iudice non ſuo. quia poſt litem conteſtatam declinare non poſſet nec uoluntatem mutare ut hec proban. ff.de iuriſdi.om. iudi.l.ſi conuenerit. Et ſic collige ex ſupradictis ꝙ illud pactum quod dicunt notarii tota die in cartis ſci licet dans ei licentiam & liberam poteſta tem conueniendi eum coram quocunq; iudice tam eccleſiaſtico q̃ ſeculari.& ubi cunq; locorum realiter & perſonaliter

nõ ualet.nec etiam illa uerba ualẽt re nuncians fori priuilegio ꝛc.Nam ſemper debitor poterit uoluntatem mutare uſ que ad litem conteſta. per.l. preallega ſi conuenerit. Sed ſi debitorem ſuum uelit quis conuenire alibi q̃ in loco do micilii ſui faciat ꝙ promittat ſoluerẽ in lo co illo ubi uult eum conuenire.nam ra tione ſolutionis indiſtincte poterit debi tor conueniri in illo loco.ubi ſolutionẽ facere promiſit licet domiciliũ uel alias forum ibi.non habuerit.Et ſi ſolutõnem facere promittat ubicunq; ab eo pecunia petet uidetur ꝙ poſſit conueniri ubicun q; inuenietur.Nam licet non ſpecificetur locus certus ubi ſoluere debeat. tamen fiet poſtea certus ex poſtfacto per petitõ nem.ut de hoc plene not.in Aurora ſup inſtrumento mutui duorum debitorum & duorum creditorum in tertio ca. Et ſi uelles poſſes unũ locum uel duos ſpeci ficare .& poſtea generalem ſubicere hoc modo.Talis fuit confeſſus & contentus habuiſſe a tali decẽ ex cauſa mutui. quã pecunie quantitatem promiſit ſoluere in ciuitate Bono.& ubicunq; pecunia fuerit ab eo petita.Et caue ne ſic concipias uer ba.& uoluit debitor ꝙ creditor poſſit eũ conuenire Bono.& ubicunq; locorũ qa illud non ualeret ut.ſ.dixi. Sed ſolue re ſeu ſolutionem facere promittat ubi pe tetur ab eo.& ibi poterit conueniri.quia ibi contraxiſſe.uiderẽ.ut preal.l.ff.de ac. & obli.l.contraxiſſe. Vltimo. opponi poteſt ad id qđ modo dictum eſt.ſ.ꝙ fo ri priuilegio renunciari non poſſit.& ꝙ ſi debitor faciat pactum de reſpondendo ſub iudice non ſuo.ꝙ non ualet. quia uĩ poſſe renunciari & pactũ ſeruari debere per.l.C.de pact.ſi quis in cõſcribẽdo ẽt eſt tractã ad.l.ſ.alle.ſi conuenerit.ff. de iuriſ.om.iu.per quã probatum eſt pactũ & renunciatõem nõ ualere.ad quã oppo ſitiõem & cõtrarietatẽ tollendã multe fue runt opi.doc.ſed.do.Ac.ſic ſol.quia aut fuit pactum ut ille ſit meus iudex qui nõ eſt quod graue eſt.& tunc non ualet.& ita intelligitur prealleg.l.ſi conuene. aut fuit pactũ ut ille non ſit meus iudex q ẽ

UVA. BHSC. IyR_072

& tunc bene u;. & ſic intelligit prealle.
l.ſi quis in conſcribendo.ut patet in ſco-
laribus qui plures habent iudices magi
ſtrum & epiſcopum & preſidem loci. &
uni eorum renunciari poſſunt.& ſub p̄-
ſide conſentire. quia & eorum iudex ipſe
eſt.ut in auten.de ſanct.epiſ.§.ſi quis au
tem. & in prohe.ff.in fine.& dicam. j̃.in
eodem.§.eſt beneficium fori quod com
petit ꝛc.

Beneficium ſeu priuilegium quod cō-
petit clericis.

D materiam huius.§. declaran-
dum ſciendum eſt ꝙ circa cleri-
cos in iudicio conueniendos iu-
ra ciuilia talem ordinē introduxerunt.ſ.
ut qui uoluerit clericum lite pecuniaria
pulſare prius apud epiſcopum conueni-
at.ꝙ ſi aliqua ratio facit.ut negociū apd̄
epiſcopum decidi non ſit poſſibile.ut qa
infirmus ſit.uel quia iam illius cauſe fue
rat aduocatus.tunc ad ciuilē iudicem po
terit eum conuenire q cognoſcet obſer-
uatis clericorum priuilegiis.ſi autem in
criminali cauſa uelit quis clericū conue
nire.tunc diſtinguitur. qa aut ē crimen
ciuile aut eccleſiaſticū.Si quidem de ciui
li crimine.utputa de adulterio. de falſo.
de homicidio & ſimilibus uelit clericum
conuenire corā ciuili iudice eum conue
niet.qui iudex eum abſoluere pōt etiam
irrequiſito ep̄o.ſi eum uiderit abſoluen-
dum. Sed ſi reus inuentus fuerit cleric⁹
nō punietur priuſq̄ per ep̄m ſacerdotio
ſpolietur. Nam epiſcopus reuidebit acta
corā preſide facta an rcē ꝓceſſerit & an
ꝓbetur iſte reus.& tūc deſpoliat ſiue de-
ponit eum. ut non puniat in dignitate
exiſtens.& poſtea ciuilis iudex eū punirē
pōt.ut tamē cauſa nō ultra duos menſes
ꝓtendatur.& eſt ſpēale hoc caſu. nā re-
gulariter criminales cauſe. j. biennium
terminari debēt.& ciuilis. j.triēnium.ut
C.de iudi.l.properandū circa pri. Si
uero de crimine eccleſiaſtico.ut de arti-
culis fidei uel de ſymonia uelit qs cleri-
cum ↄueire.tūc corā ep̄o debet fieri exa-
minatio & caſtigatio.ut oīa predicta pro
bantur.C.de epi.& cle.& in ↄcord.autē.
ut clerici apud ꝓprios ep̄os ↄue.ex quo
ti.ſumit̄ auten.ꝑalleg.clericus.Ergo ſim
pliciter ut dictū eſt in lite pecuniaria cō
uenitur ſub ep̄o.ſed ep̄s ſub archyepiſco
po.archyep̄s ſub patriarcha.patriarcha
ſub papa.ut in auten.de ſan.epi.§.ſi quiſ
uero ſanctiſſimoꝝ.& a duobus.§.ſequē-
tibus.& hoc de clericis ſecularibus.Si āt
uelit quis monachum uel incluſum ſeu
heremitam conuenire.tunc ſ̄m ius ciui
detur ita diſtinguendum. quia aut ſub-
ſunt epiſcopo immediate uel alii primati
aut pape.primo caſu ſub ep̄o ſunt con-
ueniendi.ſecundo ſub papa.ut in auten.
apud quos debet cām dicere monachos
§.preterea. Sed licet iſta ſit a iure ciuili
ordinata fuerint. cum hodie nedum ca-
nonico ſed etiā iure ciuili nouiſſimo cor
rectionem recipiunt ubicunq; dictū fuit
clericum ſub iudice ſeculari cōueniri de
bere.quia nec in ciuili nec in criminali
pulſari debet clericus hodie ſub iudice
ſeculari.ſiue ſit crimē ciuile ſiue eccleſia
ſticum. Sed ſub eccleſiaſtico iudice tan-
tum ↄueniri & ꝙ ſic hodie correcta ſint
que in prin.dixeram probatur iure mo-
do ciuili per auten.ſtatuimus.C.de epi.
& cle.que autē. eſt federici & eſt in cor.
autē.de ſta.& conſue.coll.x.Ait enim fe
dericus Imperator.Statuimus ut nullus
eccleſiaſticam perſonam in criminali q̄-
ſtione uel ciuili trahere ad iudicium ſe-
culare preſumat contra conſtitutiones i
periales & canonicas ſanctiones.quod ſi
fecerit actor a iure ſuo cadat.& iudicatū
non teneat.& iudex ſit extunc iudicandi
poteſtate priuatus. Item iura canoni-
ca uolunt. ut clerici tantum ſub epiſco-
po & in ciuili & in criminali queſtione
conueniantur & dicunt glo.noſtri.& al-
legant decretum extra de foro competē
ti.c.ſi diligenti. Vltimo querendu eſt.
an clericus beneficio fori poſſit renūcia
re.& etiā ex pacto poſſit remittere iſtud
ius ſuum quod dicit eum conueniendū
ſub epiſcopo tantum.ita ꝙ poſſit ſub iu-
dice ſeculari ↄueniri. Et rndet lr̄a & bn



UVA. BHSC. IyR_072

ꝙ iure canonico renunciatione uel pa/
cto beneficium iſtud remitti non pōt.&
eſt ratio ſm canones quia.ſ.ne clerici cō
ueniātur ſub iudice ſeculari ſed ſub epō
tantum eſt introductum in fauorem to/
tius cleri.& non alicuius clerici ſingula/
ris.ideſt pro cōi utilitate omnium cleri/
corum.& non utilitate unius clerici tan/
tum & in odium laicorum eſt introdutū
ſm canones & ideo renunciari non pōt
ſicut nec macedoniano. quia in odium ē
introductum.ut.ſ.eo.§.i.& hoc uidetur
regulare.ut quando eſt aliquod ius pu/
blicum ſtatutum.publica & cōmuni uti/
litate omnium ꝙ renunciari ei nō poſſit
ut.C.de iureiu.l.ii.§.ſed quia &.ff.de po
ſtu.l.quos prohibet.& de admi.tu.l. qui
dam decedens.&.ff.de pactis.l.iuris gen
tium.§.ſi paciſcantur.Secundum tamen
iura ciuilia ſm que clericus habebat iudi
cem ſecularem.ſi uolebat & ſi non pote/
rat epiſcopum implorare.tamen poterat
priuilegio renunciare.& ualebat renun/
ciatio.quia per hoc agebatur ut perderet
unum de iudicibus quos habebat .quod
fieri poteſt.ut hec probari uidentur.C.d
epi.& cle.l.ſi quis in conſcribendo.&.C.
de pactis.l.pe. Sed per auten. ſtatuimus
nouiſſimam Federici que dicit nō eſſe cle
ricos ſeculares ad iudicem ſecularem cō/
tra canonicas ſanctiones trahendos.dicē
dum eſt hodie renunciationem uel pa/
ctum non ualere.cum canonice ſanctio
nes.quas illa auten. mandat ſeruari di/
cant renunciationem uel pactum nō ua/
lere ut modo notaui. Item nunquid ta
cite poteſt huic beneficio renunciari.ut
ecce conuenitur clericus coram iudice
ſeculari non opponit beneficium ſed ta/
cite & de plano uult reſpondere ſub iudi
ce ſeculari an poterit & determinant de/
cretiſte ſecundum ſua iura ꝙ non ut hoc
no.ut dicunt glo.in preallega. decretali
ſi diligenti de foro competenti. Petrus
de unzola.

## Exceptio non numerate pecunie.

D euidentiā huius.§. ſcire leges
ꝙ leges conſiderantes ꝙ ſepe cō
fitent̄ aliqui ex cauſa mutui uel
dotis habere quod nunq̄ habuerunt.uel
confitentur ſibi ſolutum quod non eſt ſo
lutuȝ uoluerunt ꝙ tales confeſſiones nō
preiudicarent eis confitentibus. Et ideo
contra eaſ adinuenerunt exceptionē non
numerate pecunie.uel non nume. dotis.
uel non ſolu.pecu.de quibus exceptio/
nibus oībus tractat̄ in pñti.Et de excep.
uel non nume.pecu. Circa quam uidē
da ſunt primo tria.ſ.primo cui competat
Secundo infra quantum tempus & quo/
modo opponi debeat.Tertio an renunci
ari poſſit.& ſi renuncietur quid renunci/
atio operetur. Secundo loco tractan/
dum erit de except.non nume.dotis.Ter
tio de exceptiōe non ſolute rei licet lit/
tera alium modum ſeruet. Competit
itaq; exceptio non nu.pecu.illi qui con/
fitetur pecuniam uel aliam rem que in
pondere uel menſura conſiſtat ex cā mu/
tui ab aliquo habuiſſe quam nunq̄ hūit.
ſed ſperabat ſibi numerari unde ſi aliquiſ
manu ſua ſcribat confiteor me habuiſſe
tantam pecunie quantitatem ex cauſa mu
tui a tali.uel ſcribo me redditur uȝ.C.ex
cauſa mutui. Reſpondeo talis confeſſio
non preiudicat confitenti.Idem ſi tabel/
lio ſcribat in carta publica.P.fuit confeſ
ſus ſe habuiſſe ex cauſa mutui.x.a tali.
Nam talis confeſſio non preiudicabit.qa
dabitur exceptio non numerate pecunie
contra eam.& hoc quando in carta pu/
blica dixit tabellio.talis fuit confeſſus ha
buiſſe ex cauſa mutui. uel fuit confeſſus
ſibi numeratum.nam iſtis caſibus omni
bus non nocet confeſſio.quia confitens
dicet pecunia non fuit mihi numerata.
& creditor habebit probare ſe pecuniā
numeraſſe.ſecus ſi in carta publica dica/
tur talis dedit & numerauit.P.x.uel.P.
accepit.x.ex cauſa mutui.quia tunc in/
ſtrumentum publicum plene probat.
Sed hoc non debet dicere tabellio. niſi
uiderit numerari. Et ſi ſic dicat accepit
& eſt inſtrumentum publicum poteſt
contra probari. ſicut contra aliam pu/

UVA. BHSC. IyR_072

blicam ſcripturam per teſtes tres uel plu res .ut.C.de proba.&.l.cuꝫ precibus.& C.de contrah.ſtipu.l.optimã.ut hec om nĩa uidentur legi & notari.C.de non nu me.pec.l.ſi ex cautione.&.l.in contracti bus. Sed & ſi non ſteterit ꝯfitens in fi nibus comfeſſionis imo ſtipulationé ꝓ miſit ſe redditurũ ꝙ ſperabat ſibi nume rari nec fuit numeratũ opponet excep. i factũ ſi ex ſtip.conueniatur. Et no.ꝙ dixi exceptionem dari confitenti ſe debe re ex cauſa mutui.uel confitenti ex cau ſa dotis. de qua infert dicam.Secus ſi cõ fiteatur ſe debere ex alia cauſa utputa ꝓ precio domus quam emit cõfitetur ſe de bere.x.uel ex aliqua alia cauſa q̃ mutui & dotis confitetur ſe debere aliquid.nã tunc incontinenti preiudicat ſua confeſ ſio ꝯfitenti.ut.C. de non nu.pe.l.genera liter. Secundo ſciendum eſt ꝙ iſta ex cep.non nu.pecu.competit.ĩ.bienniũ a die confeſſionis facte. Ceterum ſi bien nio tacuerit.efficacitiſſime erit obligatuſ nulla obſtante exceptione & a principio efficaciter uidetur fuiſſe obligatus.adeo ut quidam dixerunt etiam iure naturali eum obligatum eſſe quaſi biẽnium duxe rit naturalem obligationem. & ita uerita ti preiudicet uel ut dixerunt alii ciuilis tã tum eſt obligatio.ſed habet effectum ci uilis & naturalis obligationis.hec ita Ia. admitte dat.niſi ipſe debitor onus proba tionis in ſe ſuſcipere uellet ꝙ non eſt ſibi pecu.nu. Contrarium aliis placuit & bñ ſm Az.ut non admittatur eius probatio cum nec permittatur ei deferre ſacramé tum creditori ut iuret ſe numeraſſe.ut ſ alleg.l.in contractibus.§.ille. Domi nus autem Acur.uidetur eum admittere poſt biennium ſi uult ſuſcipere onus ꝓ bandi ꝙ pecunia non fuerit numerata.& ita ita concordant cum primis. ut no taui ſupra de obligationibus.in.§.litteriſ contrahitur.Et quod dictum ꝙ poſt bié nium ceſſare exceptionem non numera te pecunie. Verum eſt niſi inſtando iuri ſit peractum ideſt ꝙ debitor querelam đ non numerata detulit in ſcripturis corã teſtibus denunciationem faciendo credi

tori ꝙ pecuniam non numerauit ĩ uel ſi apud iudicem quis deferat querelam in ſcriptis oportet creditorem uocari.ut.C de non numerata pecunia.l. cum ultra. & in.l.incontractibus.i.ꝶ. Videtur & alia cauſa notari qua ciuilis obligatio ci rographo contracta efficaciam ſumit.ſ. ſi debitor infra biennium agnouit fidem cautionis ſoluendo partem.ut.C.de non nume.pec.cum fidem. Tercio queren dum eſt an excep.non nu.pec.poſſit re nunciari & ſi renuncietur an nihilominꝰ opponere poſſit debitor exceptiõem do li uel in factum uel conditionem ſine cã. Certe dicit Io. Azo. & b. ꝙ non poterit opponere. exquo renunciauit per.l.ff.đ pact.iur.gen.§.ait pretor. Ibi enim dici tur pacta conuenta que neqꝫ dolo malo neqꝫ aduerſus.l.facta ſunt ſeruabo.&.§. ſed & ſi quis.Alii ut Acur.& ſequaces cõ tra. Et dicunt poſſe opponi doli excep. uel excep.non nu.pec. q̃tuncũqꝫ renun ciatum ſit.Et interrogabitur creditor an numerauit.Et ſi dixerit non.ſi ei probet uidetur eſſe in dolo qui nõ potuit remit ti p renunciationem anteq̃ ſit cõmiſſus. ut.ff.de pac.ſi unus.§.illud.&.l.iuris gé tium.§.ſiue autem đ tributoria illud.§.i.

Duo enim ſunt que debitori dãtur.ſ. exceptio.& ꝙ onus probandi non impo nitur ſibi. cum ergo renunciat huic one ri renunciaṛ uideatur ne nihil renuncia tio opetur. Item pro hoc facit.ff.đ of fi.preſi.illicitas in prin. Item pro hoc quia q̃tunc unqꝫ renunciet facit ſub ſpe future numerationis.quod ſecus eſt cum uelleyano. uel alteri exceptioni renun ciatur.Et ſic ſm iſtam opi. ſi renũcietur exceptioni non nu. pecu. non impedit talis renunciatio debitorem quin poſſit exceptionem doli opponere. ſed ꝓpter renunciationem ſuam habebit neceſſe ꝓ bare iſte debitor pecuniam ſibi non eſſe numeratam.quod eſt ualde difficile. qa negatiua difficulter probatur.Si eni de bitor non renunciaſſet non hẽbat neceſ ſe aliquid probare.ſufficiebat enim ꝙ tã tum diceret pecuniam nõ eſſe ſibi nume ratam.& creditor ſi obtinere uolebat ꝓ



UVA. BHSC. IyR_072

bare debebat numerationem ſubſecutam fuiſſe. Sed exquo d̄bitor renunciauit creditor non habet neceſſe probare numerationem. ſed ipſe debitor probat ſibi nō eſſe numeratam pecuniam quod eſt ualde utile creditori. Et ita collige ſecundum iſtam opinionem renunciatio conuertit onus probandi in renunciatione. Et ſic multum operatur pro creditore. & in hac opinione fuit auctor ſumme noſtre. & probantur predicte opi. C. de nō nume. pecu. l. ſi ex cautione. & l. in contractibus in principio. Sed quomodo probabit debitor non eſſe numeratam pecuniam ſi renunciauit exceptioni non nume. pecu. cum factum negantis per rerum naturam nulla eſt probatio. ut. C. de proba. l. actor. Reſpon. Odofr. ꝙ ex qualitate facti non tenet directo ſed per medium ut ecce uadit ſcholaris ad mercatorem & dicit uellem ꝙ mutuaretis mihi. x. & reddam uobis in tali tempore. dicit mercator quando uultis habere pecuniam. & ſcholaris dicit ſtatim. & mercator dicit non poſſum ad preſens numerare. ſed numerabo uobis infra menſem ſi placet uobis. ſed modo fiat inſtrumentū in quo contineatur ꝙ debetis mihi tantum & renuncietis exceptioni non numerate pecunie. & infra menſem uobis poſtea ſoluam. dicit ſcholaris bene placet. & ita faciunt. poſtea creditor non numerat. ſi poteſt probare ſcholaris ꝙ dictum fuit ꝙ cautio remitteretur. & poſtea ſubſequeretur numeratio. & probat ꝙ tempore cautionis pecunia non fuerit in preſentia ſatis eſt ut ſi creditor non probat numerationem eſſe ſubſecutam ꝙ debitor abſoluatur. & ita probatur non directo ſed per medium. Ita probatur pecuniam non eſſe numeratam. ut ecce ſi continetur in inſtrumento ꝙ ſcholaris fuerit confeſſus ſe debere tantum. & inſtrumētum fuit factum tali die. & debitor probat eodem die ſe fuiſſe ultra mare. ut inſtitut. de inutil. ſtipula. §. uerborum obliga. & C. de contra. ſtipula. l. optimam.

tio tantum & remanet ciuilis.ut.ff.de ſo. ſtichū.§.naturalis & inſti.de excep.§.ꝑterea. Premiſſis aūt caſibus ſoluta talia indebita repetunť per condi. indebi. ſiue per ignorantiā facti etiam nō probabilem niſi qa errabat quis ī facto ſuo ut ff.de condit.inde.l.ſed & ſi me putem.& l.eleganter.i.re.&.ff.de iuř.& facti ig.l. plurimum. Siue per ignorātiam iuris. qa ignorantia iuris non debet alicui nocere in damno uitando.ut.C.no.nu.pe. l.ſi quaſi.&.l.pe.& ff.đ iuř & facti igno. l.iuris igitur fallit tamē in quibuſdā caſibus.Primus eſt inſti.de obli. que ex q̄ſi contractu.§.fi.qđ non exēplifico ꝓpter breuitatem. Sunt & alii caſus quos nō pono ēt breuiatiōis cā ſed notatur.C.de iuris & facti ig.l.cum quis. Quādoq; iure ciuili in debitum tantum eſt & iure naturali debitū & de hoc multa poſſunt notari exempla.ut ecce ſeruus obligatur de iure naturali cuiuſlibet pſone & eadē obligatio naturalis remanet poſt manumiſſionem & eodem iure qlibet pōt obligari ſuo.& ſic naturaliter obligať pater filio ſuo fa.& filiuſfa.ſuo patri. & frater fratri in eadē ptāte ſecum exiſtēti.ut.ff.đ ꝯdic.inde.l.naturaliter etiā &.l.fratres a fratre queſitū. Item & q cauſa tranſactionis ꝯuenit ſe actori daturū ut pecuniam.ut recedat a lite naturaliter qdem obligať non ciuiliter niſi interuenerit ſtipulatio.ut.C.de tranſ.l.ſiue apud acta.& de pactis.l.cum proponas. Item naturalis obligatio ē in legatis relictis ī teſtō minus ſolenni uel & ſolenni.ſi tamen ea p falcidiam minuuntur nam quatenus p falcidiam minuūtur īdebita ſunt iure ciuili.debita aūt iure naturali. Item & naturalis obligatio tantū ē in contractibus innominatis cum neq; ſtipulatione neq; rei interuentu ſint ueſtiti ut.C.đ re. per.l.ex placito. Item naturalis eſt in pupillo paciſcente cum aliquo ſine auc. tut.infans autem nullo mō obligať q naturaliter á ꝓxim⁹ infantie naturaliter obligetur.ut notaui.§.dic ut de contractibus inutilibus ratiōe perſonarum.§.tertio. In talibus autem debitis naturalibus ſi fiat ſolutio per ignorantiam iuris ceſſat repetitio ſi autē fiat per facti ignorantim probabilem ut in alieno facto repetitio locum habet.ſecus ſi fieret p ignorantiam facti non probabilem.ut in ſuo facto non repetitur tunc.ut.C. ad.l.fal.l error.&.C.de iur.& fa.ig.l.cum quis.& ff.e.l.pe.§.ſed facti.Minori autem ſoluēti tale indebitum etiam per ignorantiam iuris ſuccurritur per beneficium reſtitutionis in integrum.ut no.ff.de condi.inde.l.interdum. Et ſi eſſet pupillus ille q talem pecuniam indebitum ſoluiſſet. & pecunia extaret eam uendicare poſſet iure communi ſine reſtitutione aliqua. ſed ſi ſumpta eſt ſubuenitur ei per reſtitutionem in integrum. Adulto autem ſoluenti indebitum ſubuenitur ſemper beneficio reſtitutionis in integrum extet uel cō ſumpta ſit pecunia.ut prealle.l.interdū. no.Si autem illud quod ſoluitur eſt utroq; iure debitum ſed ope exceptiōis indebitum.Si quidem eſt dilatoria.ut qa tibi debebam aliquid in diem. nam obligat⁹ ſum naturaliter & ciuiliter.ſed ante dieȝ ſoluere non teneor ſed ſi ſoluo non repeto.ut.ff.de condi.inde.l.in die.ſi aūt perpetua ſit exceptio.ſi qdem ſit fauorabilis ut uel.ſolutum ſiue facti iuris ſiue errore repetitur.ſi uero odioſa.ut macedonianum ſolutum per ignorantiam iuris nō repetitur.ut.ff.de cōdi. inde.l.qui exceptı.ſed per facti errorem probabilem repetitur.ut.ff.ad mace.l.fi.Si autem dubitetur ſit perpetua uel dilatoria exceptio. ut ecce promiſi tibi.C.ſi Titius fiat conſul.dubitari enim poteſt hoc caſu ſit perpetua an tpalis.quia poteſt eſſe ꝙ fiet cōſul & poteſt eſſe ꝙ nunq̄ fiet. certe hoc caſu ſolutum ſiue facti ſiue iuris errore repetitur.ut.ff.de condicio.indeb.l.non ſufficit. Deinde notandum eſt ꝙ quocunq; caſu dixi indebitum ſolutū repeti ibidem ex certa ſcientia ſolutum non repetitur.nam cuius per errorem ſoluti repetitio eſt eiuſdem ex certa ſcientia dati donatio eſt. ut.ff. de re. iur.l.cuius.

Vltimo ſciendum eſt ꝙ huic conditioni renunciari poteſt.ut lra dicit. Et qui

UVA. BHSC. IyR_072

renunciat ad eā redire non debet. Remit
tentibus enī actiones ſuas nō eſt dandus
regreſſus.ut.ff.de edic.e.l.querit.§.ſi uē
ditor. Et quia ſi aliquis ſoluit aliquid &
renunciat condi. indebi.& poſtea dicat
ſe indebite ſoluiſſe & uelit condi.indebi-
tam agere non debet poſſe agere ea quia
exquo renunciat uidetur ex certa ſciētia
ſoluiſſe que ſcientia ceſſare facit hanc cō
di.ut prealleg a.l.i.ff.de condi.indebi.&
de reg.iu.l.cuius Multis autem aliis mo
dis & cauſis ceſſat hec conditio quas nō
recito breuitatis cauſa.

Conditio ſine cauſa.

Irca.§.noſtrum uidendū eſt.qn̄
habeat locum conditio ſine cau-
ſa & ei renūciari poſſit. Habet
igit̄ locū cum quis ab inicio ſine cā pro-
miſit aliqd quātitatē aliq̄ non dedit.ſed ip
ſam obligationē. Item locū habet quā
do quis ex iuſta cā ꝓmiſit.utputa qa cre-
debat ſe tantū ex teſtō ad legatum preſtā
dum ꝓmiſit cū non ualeret teſtamentū.
uel ademptū erat ī codicillis. Jtē habet
locum cū quis iuſta cā promiſit.ſed cā il
la poſtea reddit ad iniuſtā. ut ecce fulo
cōduxit ueſtimenta mea ad lauandū de-
inde amiſſis his niſi dn̄o precium ex loca
to conuentū preſtitit poſtea qa ego ueſti
menta inueni certe fulo preciū repetet a
me act.ex conducto & conditio ſine cā.
Nam ueſtimentis inuentiſ ſine cā mihi da
tum uidetur. Item poteſt poni exem-
plum tale mutuaſti mihi.x.& inſtrumen
tum ſolēne factum fuit ſolui tibi illas.x.
ſolutione facta uolo ꝙ reddas inſtrumē-
tum mihi certe dicitur quod illud a te pe
tere potero conditio.ſine cauſa.Sine tam
enim eſt ammodo penes te exquo eſt tibi
ſolutum precium. Et hoc uerum eſt cū
inſtrumentum nō erat debitoris.ſed cre-
ditoris.utputa quia de ſua pecūia credito
ris ſolutum erat tabellioni.Si autem eſſet
debitoris.utputa quia de ſua pecunia ſo-
lutum fuit tabellioni.tunc daretur ei rei
uendi.ad exhibendum. Item ponitur
aliud exemplum & tale ego fui confeſſus
per ſcripturam me debere tibi.C.ſpe fu-
ture numerationis.& in ueritate nunquā
poſtea numerare uoluiſti. certe cautio-
nem quam emiſi contradicere poſſum cō
ditio ſiñe cauſa.ſi nondum tranſactum
eſt biennium.nil enim refert utrum ab
initio ſine cauſa quid datum ſit an cauſa
pro qua id datum ſit ſecuta non ſit.ut iſta
proban.ff.de conditio. ſine cauſa .l.i.&.
ii.nil refert.&.C.eodem .l. diſſolute.

Item ſciendum eſt ꝙ hec conditio ſi-
ne cauſa generalis eſt.nam concurrunt
cum conditione īdebiti. Item cum cō-
ditione furtiua.ut hoc no.ff.de condi.ſi-
ne cauſa.l.i. Item cum condit.ob tur.
cauſa. Item cum ꝯdi.ob cām. Vltio
ſciendum eſt ꝙ huic conditioni renūcia-
ri pōt ut littera dicit.nam renunciantibꝰ
actiones ſuas non eſt dandus regreſſus.
& hoc uerum eſt niſi renunciatio fieret ꝓ
pter dolum.nā tunc non ualeret & pōt
poni exemplum in uno de caſibus.ſ̄.no-
tatis.ut ecce Fulo cōduxit ueſtimēta mea
lauanda deinde amiſſis his mihi preciam
ex locato conuentum preſtitit .ego ſciēs
forſan ubi ueſtes erant & cogitans recu-
perare ueſtes dico ſi ueſtes recupero Fu-
lo a me precium contradicit condit.ſine
cauſa.unde ad hoc ut ipſe tali conditio.
agere non poſſit doloſe facio eum renun
ciare huic actioni.certe renunciatio non
tenebit . nam pacta dolo facta ſeruari
non debent.ut.ff.de pact.l. iurgentium.
§.pretor.

Exceptio doli mali.

Irca materiā huiꝰ.§.tria breui-
ter tangenda ſūt. Primo qd ſit
dolus exquo de dolo hic tractat̄
Secundo de acti.& exceptione ex do
lo ꝓueniente.Et an ſi dolus in cōtractu
adhibeatur ualeat contractus. Tertio
an dolo renunciari poſſit. De primo
ſciendum eſt.ꝙ dolus malus ſic diffinit̄.
Dolus malus eſt fallacia calliditas machi
natio ad circūueniendū fallēdum decipiē
dum alterum adhibita.ut.ff.de dolo.l.i.
§.i. Poſita diffinitione exponēda ſunt

UVA. BHSC. IyR_072

uerba in diffinitione poſita.dicit enĩ3 do lus malus eſt calliditas. ſuper hoc ſcien dum eſt ꝙ calliditas admittatur in tacen do. Vnde & Salomon ait. Quid diſſimi lat iniuriam callidiſſimus eſt. Et pōt po ni exemplum in uenditore. ut ſi uēditor ſciebat rem ſeruitutem deberi uel rem a lienam uel alteri obligatam eſſe nec am monuit emptorem uel dolo malo uerſa tus eſt tenet̃ enim.ut.ff.de act.emp.ut.l i.&.l.tenetur.§.pe. Item qđ dictũ fuit fallaciam ſciendũ eſt ꝙ fallacia admittat̃ in mentiēdo in his que aſſerit falſo ex cer ta ſcientia.ut.ff. de fur.l.falſus.§. ſi quis nihil. Vnde ſm Auguſtinum mendaciũ dicit̃ falſa ſignificatio uocis cum intētio ne fallendi. Itē ꝙ dictum fuit dolus ē machinatio aduertēdum eſt ꝙ machina tio fit arte uerboꝝ. ut ſi uenditor ſciebat fundũ pluribus mũicipiis legata debere & in tabula ſcripſit uni deberi ut ita imi neret ceteris non deberi & poſtea pactũ inſeruit ſe nolle teneri nomine tributoꝝ certe tenet̃. quia dolo malo ꝑ machina tionem decepit emptorem.ut.ff. de act. emp.l.iul.§.idem iul. Item ꝙ in diffi nitione poſtea ſeqtur ad circũueniendũ fallendum decipiendum adhibita. redde ſingula ſingulis. Item nota ꝙ dictum fuit in diffinitione dolus malus. nā pōt eſſe & dolus bonus. Et pñt pōi exempla de bono dolo ut ſuper fallaciā ab hoſti bus uel latronibus euadam. quippe do lus.an uirtus ſit quis in hoſte reqrat.niſi fiat contra pactum a ducibus belli factũ ut.ff.de pact.l.conuētionum. Item & contra eum qui non eſt hoſtis licet mihi machinari ut fraudem repellam.ut.ff.de leg.ii.l.cum pr.§.titio. Item poteſt po ni exemplum de bono de capto a uero nenſibus qui finxit ſe contractum hinc ē ꝙ ueteres bonum dolum ſolertiam dice bant.& inde etiam dicitur bone in dolis eſt iſte quaſi bonum dolum habens int⁹. ideſt ingenium.nam & ingenium poteſt dici bonum & malum. Salomon equidē bonum dolum finxit in cauſa meretricũ dum fingeret ſe uelle occidere puerum. & ſic inuenitur uenenum bonum & ma lum. Bonum.n.uenenum dicuntur anti dora ſeu medicamenta que hominib⁹ ꝓ ſunt.ut legitur.ff.de uerb.ſig.l.qui uene num. Ex dolo āt prodita eſt actio de do lo & prodita eſt exceptio doli. Exceptio aũt doli datur paſſo dolum ſed & omni poſſidenti & iō dicitur in rē ex parte op ponentis eam. Ex pte uero eius cui oppo nitur eſt pſonalis qa opponitur cōtra do loſum & eius uniuerſalem ſucceſſorem.

Item contra ſingularem ſi cām habe ret lucratiuam. Item & contra ſingu larem & ſi nō habet lucratiuam cauſam ſi tamen res ſit reuerſura ad doloſum.ut puta ſi creditor agit pro re in qua dolũ adhibuit debitor. Sed ſi maritus agat ꝓ re data in dotem in qua dolum adhibuit mulier non repellit̃ ſi agat conſtante ma trimonio ſed eo ſoluto cōtra. Si uero res non ſit reuerſura ad dolum non repellit̃ ſingularis ſucceſſor doli except.niſi uta tur cauſa acceſſione & aminiculo ſui au ctoris.utputa continuando tpra illi⁹ cũ ſuis.tunc enim uteretur cum ſua cā cum ſuiſque uiciis. Et probatur hoc.ff.de re. iu.l.ꝙ ipſis &.ff.de do. ex.l.ii.§. equidē &.§.debet &.§.plane &.l.apud.§.de au ctoritate. de actione autē de dolo que ēt ex dolo prodita.eſt.ut.ſ. dixi qñ & quō ꝯpetat non dico qa.ſ.de ob.in.§.Itē inu tilis eſt ſtipulatio hoc dicit declara cum fuit ſed unum hic ſciendum eſt ꝙ actio de dolo certo tp̃re finitur.ſ.biennio nam dicit lex ꝙ actio de dolo ex eo die quo aſſeritur dolus commiſſo intra continu um biēnium moueri debet & omnes ſci ant. Neque incipiende poſt bienniũ ne ꝗ ante completum biennium cepte poſt biennium finiende doli actionis conceſ ſam licentiam.ut.C. de dolo.l.fi. Et ſic no.ꝙ hec act.de do.litis con.nō perpe tuat̃ generaliter aũt omnis actio litis cō teſtatio ꝑpetuat̃.ut.C. de preſcrip.xxx. an.l.fi.Sed i iſta act. doli fallit̃ ut modo dixi. Exceptionem autem doli curſus tē poris nō excludit non enim certo tp̃re fi nitur.ut actio doli ſed dicit.l.ꝙ ipſa ex cept.doli ꝑpetua cōpetit.ut.ff.de excep. doli.l.ſpure.§.fi. Tertio uidendũ ē an

UVA. BHSC. IyR_072

dolo ſeu exeept.do.renunciari poſſit. Et certe littera dicit & bene ꝙ dolus preteritus remitti poteſt.ſed dolus futurus nequaq̄ unde dicit.l.illnd effici nulla pact. poteſt ne dolus futurus preſtetur ut.ff. de pactis.l.ſi unus.§.illud.

Eſt beneficiū fori qđ cōpetit ſcholarib⁹.

Irca beneficium huius.§.Primo tangēdum eſt quid dicat hoc beneficium.Et cui ꝯpetat. Secundo an renunciari poſſit.Et ad intelligendum quid dicat. Sciendum eſt primo ꝙ ſcholares qui habitant Bononie habēt tres iudices.ſ.poteſtatem loci epiſcopuȝ & rectorem & eis a lege datur iuriſditio. ut hec leguntur in prohemio.ff. circa fi. &.C.ne fi.pro pa.auten.habita.hoc premiſſo ſciendum ꝙ autem preal.dat priuilegium ſcholaribus tale.ſ.ꝙ ſi aliquis eis litem ſuper aliquo negocio mouere uoluerit in electiōe ſcholaris ſit coram quo de illis iudicibus reſpondere uelit & illū eligeṝ poſſit quem uoluerit.unde ſi ſcholaris citatuſ fuerit coram poteſtate poteſt eum declinare ſi uelit & dicere ꝙ uelit reſpondere corā ſuo magiſtro uel ſub epō ſi maluerit & ſi poſt priuilegium allegatum inſtet actor & uelit eum tantum coram poteſtate conuenire a cauſa etiam ſi iuſtiſſima fuerit cadat.ſed an ipō iure an per ſententiam.Reſpondet glo.per ſententiam agetur ut ipſa cā priuetur uel cond. ex.l.pro fiſcente ex auten.habi.uel iudicis officio. Sed hic q̄ro an exquo ſcholaris eligit poſſit uariare.& uidetur ꝙ ſic uſq; ad litem conteſt.ſicut actor.ut.ff.de iuriſ.om.iu.l.ſi conuenerit.&.ff.ſol.ma. l.ſi cum dotem.§.eo tempore. Item q̄ri poteſt an iſtud priuilegium deſ ſcholaribus in pecuniariis tantum litibus.an etiā in criminalibus. & terminăt gl. ꝙ ī pecuniariis & in criminalibus habēt beneficium iſtud. Sed per ſcholares & doctores renunciatum fuit quantum ad criminales.Et ſic ſeruatur exceptis clericis qui ſuo non potuerunt priuilegio renunciare.ut.C.de epi.& cle.aut. ſtatuimus.

Item quero an magiſter poſſit cām delegare alteri.& dicunt glo.ꝙ cum hodie talis cognitio iure magiſtratus competat poſſit ciuilem cauſam delegare.criminalem autem de qua etiam cognitionem habet licet non ſeruetur hodie.ut ſupra dixi delegare non poſſet.ut probatur.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſdictio.l.i. Itē ſi magiſter ferat ſentētiam quis eam ſeruari faciet.Reſpondeo poteſtas loci.nam a poteſtate eſt talis ſententia executioni mandanda.ut.C.de epi.auten.epiſcopalē

Item nota ꝙ predicta cognitio & iuriſdictio cognoſcendi de cauſis ſcholarium datur doctoribus legum & magiſtris ēt alterius facultatis & ſic predictum beneficium omnibus ſcholaribus cōpetit. ut predicta omnia no.& colliguntur in pre allega.autē.habita.C.ne ſi.pro pa. Itē queri poteſt an debeat ſcholaris in curia communis ſatiſdare cum priuilegium allegat & certe uidetur ꝙ ſic ar.eius quod legitur.ff.de iudic.l.ii.in.§.ſi dubitetur uel dic ſecundum dominum ac.ꝙ corā iudice coram quo eſt cauſa agenda & ſic terminauit ipſe in prealle.l.ii.i.§.ſi dubitetur ī glo.que incipit magis ſubaudi.

Demum uidendū eſt an ſcholaris poſſit renunciare beneficio fori qđ competit ſcholaribus & dicit littera & bñ ꝙ ſic nā ex quo ſua poteſtate uult reſpondere & renunciare priuilegio fori qđ ſibi ꝯcedebatur doctorem ſuū eligere poteſt.ut.ff. ſi quis in ius uo.non ie.l.i.&.C.de pactiſ l.ſi quis in conſcribendo. Et ſi queratur que eſt ratio ꝙ priuilegio fori qđ cōpetit forenſibus de quo habuimuſ.ſ̄.e.§.beneficium renūciari nō poteſt ſed huic ſic rn̄detur quia ibi.ſ. quādo renūciabatur priuilegio fori ꝙ competit forenſib⁹ tractabatur ut ille eēt iudex qui nō erat qđ erat graue.hoc autem.ſ̄.quando renunciatur priuilegio fori quod cōpetit ſcholaribus tractat.ut niſi ſit iudex qui eſt q̄ eſt leuis.Nā cum ſcholares hēant plures iudices.ut.ſ̄.dixi uni eorum renunciare poſſunt & ſub poteſtate conſentire q & eorum iudex ē ut.ſ̄.i pricipio dixi.& reddditur iſta ratio per gl.ff.de iu.om.iu.l.ſi

UVA. BHSC. IyR_072

conuenerit. Vnum tamen eſt ſciendū ꝙ ſi ſcholaris ſit clericus nūq̄ poteſt ita renunciare quin debeat ſub epo conue- niri. Nam ratione fori priuilegio ꝙ cleri cis competit iure canonico renunciari ñ poteſt nec etiam iure ciuili hodie. per au ten. Fre. C. de epiſ. & cle. ſtatuimus. Vt no. ſ. e. §. beneficium fori quod compe- tit clerici ⁊c.

Eſt beneficium qđ dicitur conditiõis incertum.

N iſto. §. ordino quendā caſum i terminis ex quo patebit materia eius. Dico igitur ſic. quidā fecit teſtamētū & in eo ſibi heredē iſtituit. M. & R. filios ſuos. & adiecit ꝙ ſi aliquis eo rum decederet ſine liberis reſtituet̄ por tionē ſuam alteri fratri ſupuiuenti ita ꝙ ex tali grauamine ſeu fideicō. qlibet eoꝝ qui decedet ſine liberis eſt grauatus reſti tuere alteri ſupuiuenti portionem ſuam. Sed incertum eſt quis eoꝝ ſine liberis de cedet uſq; ad exitum uite ſue. Et propte- rea dicit̄ conditionis incertū. i. icerta cō ditio. uenit. R. & uult ꝙ. M. fratres ſuus pacto renunciant. ſ. iſtud grauamen ſeu fideicōmiſſum & iſte renunciare uult. q̄- ritur an poſſit & reſpondetur ꝙ ſic & be ne. ut. C. de pac. l. i. cum ꝓponas. Sed extra litteram & caſum ſcias quod oppo- ni pōt ad id qđ dictuȝ eſt. & uidet̄ iſtud pactum nō ualere qa ñ ꝯpetebat adhuc ius cui renunciabāt & uidet̄ ꝙ iuri non dum ꝯpetenti renūciari nō poſſit ꝑ quod uidet̄ pactū nō ualere. ut. ff. de le. ii. ſi ita ſcriptū. §. ſi ſub conditi. & ff. de acq. he- re. l. q ſuperſtitis. & l. is qui. & de re. iur. l. qui poteſt. §. i. ubi. legitur ꝙ ſi quis ue- lit hereditatem repudiare non poteſt. ſed ſ̄m dominum Ac. iura. ſ. incontrarium allegata. loquuntur in repudiatione. nā ius nondum competens. repudiatione re mitti ñ pōt. ſed ꝑ pactū bene remitti pōt & etiam facit. ff. de pact. & hř. l. filia. Et poteſt allegari ratio. quare pactum uale at repudiatio non. quia duorum ꝯſenſus pactum ualidatur. ut. ff. de pac. l. i. §. pa- ctum. Item ſecundo uidet̄ ꝙ iſtud pa ctum qđ ſi in caſu poſui non ualeat. qa eſt de futura ſucceſſione facienda. nō pa- ctum de futura ſucceſſione ualet ſiue fiat de ſuccedendo. ſiue de certo modo ſucce dendo. ut. C. de pac. l. fi. & C. de colla. l. pactum. So. ſ̄m Acur. in caſu propoſito non agebatur ut iſte non eſſet heres fra- tris. ſed ut res quas ſibi reſtituere tenetur ex fideicō. non peteret ex cauſa fideicō. nec propter pactum iſtud in aliis uel eiſ dem rebus heres eſſe prohibetur. Item nonne contra uolūtatem defuncti. & ſic contra. l. fit pactum iſtud. ut in auten. de nup. §. diſponat. & ſic non ualet. ut. C. đ pactis. l. pacta. Reſpondet glo. non ē ut enim pactum contra. l. eſt quod lex pro- hibet interponi ita ꝙ contra uoluntatē đ functi. ſed hic teſtator non prohibuit. ſa tis enim habuit ei conſulere. ut agere poſ ſit. argumentum. ff. de pactis. l. pactum. & ff. de diliti. edicto. l. queritur. §. penul timo. Item circa materiā no. ꝙ ſi duo uel plures fratres inſtituti ſunt & graua- ti ut qui decedat ſine libris portionem ſu am fratri reſtituat nec tale fideicom. ſibi adinuicem remiſerūt & unus eorum uē- dat alicui rem aliquam de portione ſua & alter preſens ſit & non contradicat qđ ſibi ꝑiudiciū facit q tacet & nō ꝯtradicit ar. C. de fideicō. l. quod & ff. de le. ii. pa- ter. §. libertis & no. C. de pact. l. cum ꝓ- ponas. ſed arg. contra. ff. de le. i. l. ſi fun- dus.

Beneficium iuri ipothecarum.

D iſtum. §. intelligendum eſt ſci endum ꝙ ſi uxor dat marito ſuo dotem ipa uxor habet omnia bo na mariti pro illa dote ſibi reddenda tem pore competenti tacite ex ui & poteſtate legis obligata. licet maritus non obliga retur & ita ꝙ tempore dotis repetende ſi maritus ſoluendo non eſſet poſſet uxor bona que ſibi obligata fuerunt a poſſi- dentibus actione ipothecaria petere. Et prefertur omnibus aliis creditori- bus etiam prioribus habentibus tacitam

UVA. BHSC. IyR_072

ipotheecam non prioribus hn̄tibus expſ ſam ut. ĩ. dicam. uel ēt & ſi ſoluendo eēt quantū ad unum uel duos creditores ſed quantū ad alios non preferẽ mulier ĩ bonis que penes maritum eſſent aliis creditoribus ēt prioribuſ tacitā hn̄tibus ut. ĩ. iaꝫ melius dicā ut hec legunẽ. C. qui po. in pi. ha. l. ſi. & de rei ux. act. l. unica. §. i. & etiam idē ius ipothecaꝝ. ſ. ut ipothecaria actione agere poſſet ſi expreſſe maritus bona obligaſſet. ſed ſi non obliget habet ex priuilegio tacite obligata. ut dixi licet regulariter alii creditores nunq̄ habeant obligata bona niſi expreſſe obligētur. ut. ĩ. notabiẽ modo quero an uxor iuri ipothecaꝝ uel illi ipothece quā habet tacite ex priuilegio uel illi quā ex pacto expreſſe habet renunciare. Et rn̄deẽ hic in littera ꝙ ſic & uiro & ꝯtrahentibꝰ cum uiro ut. C. ad. l. uell. l. ēt conſtante. Et ſi quidem remittat ipothecas in aliquo contractu uel in una re uel pro una perſona licet utatur generalibꝰ uerbis utputa quia dicatur marito uel contrahenti cum marito remitto ius meum ipothecarum reſtringitur tamen ad ea tantum de quibus cogitatum eſt. ut. C. ad iul. l. iubemus nec prohibeẽ uxor pp matrimoniū illius ipo. marito remittere ſicut ꝓhibeẽ donarẽ quia pignoris remiſſio non eſt donatio ut. ff. de his que. ĩ. cū. l. ſi pignus. Quid enim perdit mulier cum ſaluā habet perſonalem act. Et notandum eſt ꝙ hec remiſſio ſiue renunciatio tenet ſi mulier ſit certa de iure ſuo. utputa certa a cōtrahēte aut aliunde cognouit ceterum ſi neſciuit & iuri ſuo renunciauit uel etiam omni legali auxilio nihilominꝰ erit tuta quia generalis renunciatio ad hoc que ipſa neſciuit ſiue non cognouit non trahiẽ ut. ff. de tranſactionibus. l. cum aquiliana. Item no. circa precedentia ꝙ nedū ſi uxor dederit dotem marito habet ipſe tacitam ipothecam. ſed etiam ſi pater dedit dotem habebit idem & ſi extraneus q libet alius dotem dederit pro muliere. tacitam. n. ipothecam ibi eſſe conſtat. ſic & econtra tacitam ipo. habet maritus ꝓ dote ſibi promiſſa a muliere uel ab alio. ſed tamen iſta que datur marito non eſt ita priuilegiata ut eſt illa que datur uxori. nam maritus non prefertur in bonis pro mittentis dotem aliis creditoribus prioribus habentibus tacitam. ſed mulier bene prefertur in bonis mariti aliis creditoribus mariti prioribus & habentibus tacitam hec omnia leguntur & no. C. de rei uxori. act. l. unica. §. i. Et quia hoc dictum eſt ꝙ mulier habenſ tacitam prefertur aliis creditoribus habentibus tacitā etiam prioribꝰ quero an ipſa preferatur creditoribus habentibus expreſſā & priorem ſuam ipo. Et circa hoc notandum eſt ꝙ triplex fuit opi. circa ipo. expreſſā preambulam. ait enim do. Mar. ꝙ mulier prefertur omnibus prioribus ſiue expreſſas ſiue tacitas habeant ipothecas. & eſt pro ſe quia mulier prefertur credenti in refectionem. ut in auten. de equa. do. §. huic conſequentis. ſed credens in refectōne prefertur priori habenti pignus. ut. ff qui po. in pig. ha. interdum. ergo multo magis mulier prefertur habenti pignus. nam ſi uinco uincentem te. multo fortius & te uīcere debeo. ut. ff. de diuer. ꝑſcripti. l. de acceſſionibus. Sed reſpōdet Ac. & dicit ꝙ tale arg. non ſemper ualet. ſed fallit plerunq3. ut eſt uidere in filiis naturalibus. nā ſi habeo naturales filios. nec habeam aliquos liberos & naturales & decedam inteſtatus naturales una cum concubina ſuccedunt mihi in duas uncias & hoc ſi non ſupereſt coniunx mea legittima. nam ſi ſuperſit coniunx mea legitima licet ipſa non ſuccedat. ſed alii agnati mihi ſuccedant. preſtant tamen impedimentum naturales ut non ſuccedant.

Et ſic fallit hec regula ſi uinco uincentem te. nam iſte naturales uincunt agnatos quantum ad duas uncias qui agnati uincunt indiſtincte uxorem. & ſic cum uincant uicentes eam. deberent enim naturales & eam uincere quod non faciunt immo ipſa facit ꝙ ipſi in nihilum ſuccedunt. licet ipſa non ſuccedat ut. ſ. dixi. ut probatur. C. de natu. li. autenti. licet. & ſic reſpondent doc. ꝙ non ſemper eſt uera regula. & arg. do. Marti. §. preterea.

UVA. BHSC. IyR_072

l.ult.C.qui po.in pig.ha dicit eam pͤferri creditoribus anterioribus licet ſint tēporis priuilegio uellati. patet ergo ꝙ ñ loquitur de conuentionalibus pignoribus ſed de his que a lege tacite per priuilegium conceduntur alii diſtinxerunt inter pignus & ipothe.ut in ipothecis expſſis uel tacitis etiam prioribus que nuda conuentione obligate erant preferatur mulier.ſed non ita in prioribus pignoribus que tradita erant creditoribus.& ꝓ eis eſt ar.ff.in qui.cā.pig.ta.contra.l.penul.nec hoc placet do.Ac. quia quantū ad acti.ipo.& eius priuilegium nil itereſſe inter pignus & ipo.ut inſtit.de act.§.item ſeruiana.do.aūt Ac.&.B.dicūt eſſe diſtinguendum.utrum ſit ipo. expreſſa quam habent alii creditores.& tunc non preferẽ mulier prioribus creditoribus ſed poſterioribus ſicut an tacita. & tunc iſtis preferatur habentibus tacitam etiā prioribus & probaẽ hoc.C.de iure do.l ubi.& preall.aſſiduus priori.C. qui po. in pig.ha. Rex enim ſuum beneficium qñq; gr̃a mulierum adimit non propriū alicuius adimere curauit qđ iure cõi & ex conuentione habet.nam facilius talia iura ſpecialia adimuntur q̃ cōmunia.ut in auten.de non ali.§.quia uero uerilimi le.& hoc niſi prior tacita ipo.nitatur eadem equitate quo & dos.nec enim dos ſecundi matrimonii prefertur dotibus primi matrimonii.duabus.n.dotibus ab eadem ſubſtantia debitis ex tpe prerogatiuam manere uolumus.ut.C.qui poti.in pig.ha.ſi. ut tn̄ ſi quid apparet ex rebus immobilibus dotis ſecunde mulieri ſeruetur uel filiis eius.cui & i rem actio cōpetit.alioquin ſiue ſuper ſint ante dotes ſoluto matrimonio per diuortiū ſiue altera dūtaxat exiſtet ſiue ambe defecerint patrimonio ſiue quelibet ſoboles eius ſuperior habetur ut preal.l.ult.C.qui po. in pig. habentur. Item predictum beneficium iuris ipo.competit etiam creditori.

**Beneficium etiam creditori.**

N.§.iſto dicitur etiam ꝙ creditor competit ipo.qui habet bona debitoris ſui obligata tacite uel expreſſe ut quia debitor pacto & cōuentione expreſſe dixit creditori obligo tibi bona mea uel tacite ex ui & poteſtate.l.ubi ſunt quidam qui ex priuilegio.l.habent bona debitorum ſuorum tacite obligata.ut ē uidere p exempla i locatione domus qui habet inuecta & illata conductoris tacite obligata.ꝫ. pro pēſione uel deterioratione domus.ut.C.locati.l.certi &.ff.in quibus ca.pi.ta. ꝯtra.l.ii. Item bona tutoꝝ & tu.tacite ſūt minoribus pro tutele & cure officio obligata ut.C.admi.tu.l.pro officio. Itē bona defuncti tacite ſunt obligata pro legatis & fideicom.ut.C.cumunia de le.l.i. Et in quibuſdam aliis caſibus quos.ꝭ.đ pactis notato.i.§.quarta diffinitio eſt.Et iſtud ius ipo.qđ creditores habẽt remittere poſſunt ut littera dicit.Nam pignoris obligatio conſenſu contrahitur & diſſoluitur ut.ff.de pig.act.l.i.&.C.de renu.pig.l.ii.

**Beneficium uellliani ſenatus conſulti.**

Eneficiū uelliani de quo tractetur in.§.iſto dicit ꝙ ſi mulieres fideiubeāt uel ſe obligent ꝓ aliquo nō tenenẽ qa iuuanẽ beneficio hoc ſe.con.& quō & qualiter fuerit inuentū uell. Et in q̄bus caſibus ceſſet uelleianū ſupfluū eſſet hic recitare cū.ꝫ.de ꝯtract. in utilibus rõne pſonaꝝ in.§.ult.ſit plene declaratum.unde ſi hic ſcire uolueriſ ad locum illum recurre. ſed ſi queratur an mulieres poſſint huic beneficio renūciare dicendū eſt ꝙ ſic & uꝫ renunciatio ſi certificentur de beneficio ſuo.ut.ff.ad uell.l.ult.§.penult.

**Et no.& qñ mater ſuſcipit tutelam.**

Irca materiam hui⁹.§. ſciēdū ē ꝙ regulariter femina nō pōt eſſe tutrix qa hoc officiū uirile ē.ut colligiẽ.C.qñ mulier tu.of. fun.po.l.i.



UVA. BHSC. IyR_072

&.ff.de re.iu.l.ii.falli: tñ hoc in matre &
auia qbus pmittit̃ ſubire tutelá filioꝝ &
nepotũ ſm ordinem.ut primo mater.po
ſtea auia admittat̃.& prefert̃ talis tutrix
oíbus tutoribus legittimis & datiuis ſed
nõ teſtamentariis.ut.C.qñ mu.tu.of.fũ.
poteſt in auten.matri & auie.habet tamẽ
iſta tutrix renũciat̃ ut littera noſtra dicit
ſecundis nuptiis & uell.ſen.con.& omni
alii auxilio.& eſt rõ quare uelleia.renun
ciat ut ſi forte quando occaſione tu.ꝑ pu
pillo ſe obligauerit non iuuet̃ beneficio
uellei.alioquin non ꝯtraherent hoíes cũ
ea qđ impuberi noceret.& ideo in iſtru
mento talis tutelle ſemp̱ apponas iſt s re
nunciationes.nempe ex renunciatõe tali
facta iudici uel nota.habent poſtea cõtra
hentes exceptionem.nam & alias datur a
ctio ex contractu publice perſone.ut.ff.
rem pu.ſal.fo.l.ii.iii.&. iiii.& C.de litis
con.auten.libellum & de epi.& cle.autẽ.
generaliter nec repellitur mater uel auia
licet debitrix uel tutrix filioruꝫ & manet
debitum in ſua natura. Vnum tamen
eſt ſciendum ꝙ licet lex uelit qđ femina
renunciet ſecundis nuptiis & uell.ſe.cõ.
& omni alii auxilio quin ſuſcipit tutelam
filiorum uel nepotum qđ renũciatio nõ
preiudicat quantũ ad matrimoniũ ut in
auten.ut ſi non prohi.debi.matres.§.qa
ſed quo ad uell.bene preiudicat.ut.ff.ad
uelli.l.ult.§.pe.ſi tamen ad ſm matrimo
nium conuolauerit repellitur a tutela.ut
preallega.auten.ut ſi non prohi. ma.§.
quia.& in autẽ.de hr̃.ab inte.ue.§.ex his
pleniſſime de hoc no. Item nota ult.ꝙ
ex eo quod legitur in auten. ſignata.C.
quando mu.tu.of.fun.põt.qua dicit ma-
tri.& auie ſm ordinem tutelá ſubire per-
mittamus colligit gl.ꝙ non cogunt̃ ſub
ire tu.ſi nolunt ſed ſi uolunt admittũtur
ex eo qđ ibi dicitur pmittamus licet qui-
dam contra.taliter autem alii tutores co
gunt̃ tutelam ſubire niſi iuſtam excuſa-
tionem habeát quam multis ex cauſis ha
bere poſſunt.ut no.inſti.de tu.in princ.
& de excuſa.tu.& cu.i.rñſo.

Beneficium redibitorie & quáto mioris.

Itulus iſte de renunciationibus
diuiſus fuit a prin.in ꝑteſ tres.In
prima tractat̃ de beneficiis qui-
bus renunciari non poteſt. In ſecũda
que ícipit ibi.Sed hoc uiſo zc. tractat̃ de
illis beneficiis quibus renunciari põt &
renunciatio ualet.In tertia ꝑte que inci-
pit in.§.iſto.ceterum tractatur de bene-
ficiis illis quibus ſi renuncietur.aliquan-
do ualet renunciatio.aliquando non.Et
ponuntur tria beneficia huiuſmodi natu
ram habentia in littera noſtra. De qui
bus breuiter eſt uidẽdum maxíe de duo
bus primis.cum de eis ſit plene notatum
in aurora ſup̱ inſtrumento uenditi.equo
rum poſito in primo cap.ſũme noſtre.
Primum igitur beneficium qđ in hac
littera noſtra nobis occurrit.eſt quoddá
quod dicitur redibitoria acti.deſcendens
ex edicto edilitio.ad cuius euidentiam ſci
endum ꝙ fuerunt quidam hoíes qui uo-
cabant̃ pretores.& héant auctoritatẽ cõ
ponendi leges.& ſue leges uocabant̃ edi
cta pretoꝝ.uocabant̃ etiam iſti pretores
ediles curiales.ideo ediles quia curá ha-
bebant edendoꝝ.ut morboſa caro nõ uẽ
deretur.uel nimis grandi precio uel ut
morboſum animal non diſtraheret̃.cu-
riales aũt ideo uocabantur.qa ꝑpter eo
rum dignitatẽ in curribus deferebant̃.fe
cerunt itaqꝫ iſti pretores quoddá edictũ
qđ dicitur edilitium ex quo deſcendit re
dibitoria acti.& quanto minoris.ut.ff.đ
edi.edic.l.i. De act. igitur redibitoria
primo tractandũ circa quam ſciendũ eſt
ꝙ act.redibi.datur emptori qui ignorás
emit rem uel animal morboſum uel ui-
tioſum contra uenditorem ut ipſe uendi
tor reddita ſibi re reſtituat precium. Ex
hac enim actione fit redibitio.i. emptio-
nis reſolutio.& ſic uterqꝫ ſcilicet emptor
& uenditor quodámodo in integrum re-
ſtituuntur.idcirco autem appellata eſt
redibitio quaſi reditio.ut.ff.de edil.edic.
l.redibitorie.&.l.facta redibitõne.Et ne
dum datur auxilium ex edicto pretorũ
emptori in rebus emptis ſed etiam in per
mutatis.& idem in quolibet contractu ſe
cundum Azo.exquo agitur de euictione

UVA. BHSC. IyR_072

non autē locum habebit in locationib⁹.
Item nec in rebus donatis locum habe/
bit edictum predictoꝝ exquo deſcendit
redibitoria. qa nullum precium uel ali/
quid loco precii introuenit.licet uidere/
tur forte contrarium qa donator ꝓmit/
tit ſe daturum ex promiſſione tenetur da
re.ſed tamen non hec eſt ratio ſufficiens
ut iō pro re donata agatur ex edicto edi
litium ſm Az.Si tn̄ donator ſciens rē ui
tioſam dōauerit eam ut damnificaret do/
natarium tenebitur actio.đ dolo.uel cau
tione ſi cauerit de dolo.ut.ff.đ edil.edic.
l.ſciendum.§.pe.&.l.ad res donatas.

Fit aūt redibitio propter morbum &
propter uitium. & nomine morbi debili
tatem corporis itelligimus.ut quia ſchi/
nellam uel ſuperſum uel aliquid ſimile.
nomine uero uitii accipimuſ debilitatem
animi. quia retrogradus eſt uel calcitro/
ſus uel mordens.licet qcquid ſit morbuſ
ſit uitium & econtra. Item uitium ple
rūqꝫ ſignificat perpetuum corporis im/
pedimentū.morbus uero corporis tpalē
ībecillitatem.ut.ff.de uer.ſig.l. inter ſtu
prum.§.pe.& de edi.edic.l.i.§. ſciendū.
Et competit predicta act.redibitoria. ĩ.
ſex menſes utiles.ut.ff.de edi.edic.l.edi/
les.ī.rn̄ſo.&.l.ſciendum.§.ult. Porro
ſciendum eſt ꝙ iſta act.redi.cōpetit em/
ptoribus.permu.& ex quacūqꝫ cā uel ti/
tulo contrahētibus exquo agit de euict.
contra uenditores & permu.& ſimiles cō
trahentes ut.ſ.dixi. ſiue ſciētes ſiue igno
rantes uitia & morbos rei. ut.ff.đ edilit.
edic.l.ſed tn̄.§.edilitie.non enim intereſt
ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit uenditor ui
tium rei quo minus agi poſſit contra eū.
Et hoc totum uerūꝫ eſt. ſi emptor uel ac
ceptor uitium uel morbum ignorauerit
ſecus ſi ſciuerit.quia non uidetur eſſe de/
ceptus qui ſciuit nec certiorari debuit.q
non ignorauit.ut.ff.de act.emp.l.i.in fi.
& de edi.ed.l.i.§.intelligit.& idē ſi obii/
ciatur emptori ſuppina eius ignorantia.
quia non debuit morbum ignorare qui/
bus omnibus potuit apparere utputa qa
ſeruus habebat circatricem euidētem &
periculoſam in capite uel ī alia parte cor
poris. uel equus exoculatus ſiue cecus .
uel claud⁹ ueniebat ut.ff. de edil.edicto
l.cū ſex. Viſo de uno beneficio qđ de
ſcendit ex edicto pretorum ut de redibi/
toria. Sequitur uidere de alio ex eodē
edicto deſcendente .i. de act.q̄to mino/
ris circa quam ſciendum eſt ꝙ actio q̄to
minoris qui ex edicto edilicio deſcendit
datur emptori contra uenditorem & no
mine morbi uel uicii rei empte. ĩ.annū
utilem.ut prealle.l.ediles ac.ī.rn̄ſo. Et a
gitur hac acti.ad petendum quanto mi/
noris ualuit res empta tp̄re contractus
propter uicium uel morbum qđ ignora
uit emptor ut.ff.de edil.e.l.qui ſi nouit.
§.ſi plures. Sed in quadā alia act.q̄to
minoris que eſt ciuilis agitur quanto mi
noris emptor empturus erat ſi ſciuiſſet
& ſic no.eſſe duas actiones quanto mino
ris una eſt pretoria q̄ naſcitur ex edicto
pretorum & eſt naturalis & datur quan/
to minoris res ualuit tp̄e contract⁹ & de
iſta tractatur lr̄a ſumme nr̄e. Eſt & aliā
que inducitur a iure ciuili & illa eſt per
petua.& datur quanto minoris emptor
empturus fuiſſet ēt de natura huius & in
quibus competat non dico breuitatis cā
& probantur hec.ff. de act.emp.l.iul.§.
i.& edil.edi.ꝙ ſi uelit.§.ſi plures. Item
ſciendum eſt ꝙ actio quanto minoris de
qua tractat littera noſtra cōpetit empto/
ribus & permu . ut dixi in redibitoria &
ex quacūqꝫ cauſa uel titulo exquo agitur
de euict.contra uenditores & permutato
res & ſimiles contrahentes ſiue ſcientes
ſiue ignorantes uicia uel morbos rei ut
ff.de ed.e.l.ſi tn̄.§.edilicie &.l.i.§. cauſa
&.l.ſe.§.eum.non enim intereſſe ſiue ſci
uerit ſiue ignorauerit uenditor uiciū rei
quo minus agi poſſit contra eum.& hoc
totum uerum eſt ut dixi in redibitoria ſi
emptor uel acceptor uicium ignorauit
ſecus ſi ſciuerit quia non uidetur eſſe de
ceptus qui ſciuit nec certiorari deb uit q
non ignorauit.ut.ff.de act.emp.l.i.in fi.
Idem ſi obiciatur emptori ſupina eius
ignorantia quia nō debuit morbū igno/
rare qui omnibus potuit apparere.ut ꝑ
alleg.l.de edil.edi.cum ſex. Item nota



UVA. BHSC. IyR_072

ꝙ iſte acti.redi.& quanto minoris locū habent ſpecialiter in mancipiis ſm uerba edicti.qđ eſt.ff.de edi.edic.l.i.§.i.ſed poſtea adiiciunt uerba in edicto que loquuntur de iumentis & omnibus ſe mouentibus.ut.ff.de edi.edi.l.ediles autem. Item & in rebus ſoli locum habent.ut puta ſi uendis mihi predium quod ferebat herbam peſtiferam.ut.C.de edi.edi.l.ſi predium.&.ff.eo.l.etiam in fundo. Et etiam locum habēt in rebus que ſe nō mouent ut in carne morboſa uel leproſa uel leſa. Et ſic not.ꝙ pro re morboſa uel uitioſa empta uel alio iuſto titulo accepta ex quo agitur de eui.poſſum agere redi.uel quanto minoris act.ut ex pdictiſ colligi poteſt aperte. Nunc ultimo tractandum eſt an predictis act.poſſit renūciari.ponamus ergo ꝙ quidam uendidit mihi animal morboſum uel uitioſū fecit me renunciare redi.& act. quanto minoris ſeu pactum feci ꝙ non agerem predictis acti.uel dixit uēditor nolo teneri occaſione morborum uel uitiorū .an ualet renunciatio uel pactum.certe littera diſtinguit & bene.quia aut uenditor ſciuit morbum uel uitium & illđ ſubſtitui nec emptorem certificauit.aut ignorauit. Si ſciuit & non certificauit emptorem.pactum.n.factum ſiue renunciatō facta ab emptore non proderit ei.quo minus poſſit agi contra eum.ut.ff.de edi.edic.l.queritur.§.pe.& hoc ratione doli. Si uero uitium uel morbum ignorauit tunc pactū ei factum ſiue ipſa emptoris renunciatio proderit ei quia renunciantibus iuri ſuo non eſt dandus regreſſus. ut.ff.de edili.edict.l. queritur.§.ſi uenditor. Et ſic nota.ꝙ emptor repellitur ab his actionibus propter renunciationem . ſi uenditor ignorauit morbum uel uitium.quādo ipſe emptor renunciauit. Item repellitur etiam aliis ex cauſis.utputa ſi agat ratione uitii uel morbi contingentis poſt contractam uenditionem . & ideo oportet emptorem probare fuiſſe uitium ante uenditionem. Item repellitur emptor ab eis actionibus ſi ipſe emptor ſciuit uitium propter quod agit.ut quia ex ſe cognouit uel ſe cognoſcere aperte potuit.uel quia uenditor eum certificauit. quia non uidetur eſſe deceptus qui ſciuit ut ſupra dictum eſt.ad quod facit.ff. de actio.emptio.l.i.in.fi.

Eſt beneficium ne quis uocet in ius.

Dicto de duobus beneficiis quibꝰ quo ad quid renunciari poteſt & quo ad quid non. Reſtat uidere de tertio ut de beneficio ne quis uocetur in ius diebus feriatis. Ad euidentiam huius maxīe ſciendum eſt ꝙ leges uoluerunt quoſdam dies eſſe feriatos in quibꝰ ius reddi non debet in ea que in foro agūtur debet agitari ſed uacationem habere. Sed & iudices & litigantes in talibus diebus & qui eſſere debet.ut. ī.iam dicā & dicūtur feriati ideſt ſoeriati quia uacationem preſtant ab his que agi conſueuerunt in foro & ad iſtos feriatos dies cognoſcendos ſciendum eſt ꝙ omnes dies ſunt realiter iuridici.i.ad ius reddendum conceſſi preterq̄ quoſdam qui feriati ſūt de quibus aliqui ſunt feriati in honorem dei aliqui ob neceſſitates hominum.aliq ob honorem principis. Aliq ſunt feriati ob honorem ciuitatiſ.ob honorē equidem dei feriati ſunt dies paſcales.&.vii.ſequentes.&.vii.precedentes.& dies natales domini & dies circuncīſionis dn̄i qui etiam dicit̄ dies Kalendarum ianuarii.& dies epiphaniarū eius.& dies apoſtolice paſſionis tocius xp̄ianitatis magiſtra. Sed etiam feſtum beati martini erit dies feriata uidebatur ꝙ ſic quia ipſe fuit par apoſtolis ſed ac.terminat ꝙ non quia nō per omnia. Item nunquid dies feſtiuitatis glorioſe uirginis marie erit feriata. Reſpondetur glo.ꝙ licet non ſit cautum dicendū eſt ꝙ ſic quia ipſa eſt ſuper apoſtolos angelos & archangelos.dies etiam ſolis quos etiam dominicos rite dixere maiores parem neceſſe eſt habere reuerentiam.ſ.ut feriati ſint qui repetito in ſe calculo reuoluuntur & denominatur dies dominicus a ſole qui dignior eſt planetarum. ſeptem enim dies.i.vii. planetis

UVA. BHSC. IyR_072

nomen ſumpſerunt.& ſol eſt iter eos pri mus & ſummus.luna ſecūdus.mars ter tius.mercurius quartus.iouiſ uel iupiter quintus.uenus ſextus.ſaturnus ſeptim⁹. quem dicimus diem ſabbati.& probatur predicta omnia.C.de fe.l.omnes. Sed & dies q̄dragesimales qui paſcales tēpus cerimoniarum.i.conſideratione & obſer uatione ieiuniarum & cōtemplatione ce leſtium anticipant. feriati ſunt q̄tum ad criminales actiones.ut.C. de fe.l.xl. ſed hoc non ſeruatur.Ob neceſſitates autem hominum ſunt feriati duo menſes.unus eſt gratia meſſium. alter gratia uindimia rum.ſtatuuntur ergo fructibus decerpē dis in eſtate. & in autumno ad requiem laboris.i. ut aquieſcant homines a cauſis cum laborāt circa meſſes uel uindemias & ita eſtas & autūnus dicuntur indulgē tior pars anni.quia indulgent infirmita ti hominum concedentes eis ad uitam ne ceſſaria. Inducuntur itaq̧ iſti menſes a preſidibus uariis tporibus ſ̄m terrarū uarietatem.quedam tardius.quedam citi us colligunt meſſes uel uindimias. ut.ff. de feriis.l.preſides.&.ff.de offi.procon. l.ſi alium.§.ferias.Ob honorem princi pis feriati ſūt dies natiuitatis ſue. uel dies in qua ortus imperii protulerunt.i.i qua coronatus eſt princeps. Ob honorem autem ciuitatum ſunt etiam feriati dies. ut dies natalicii urbium maximarum Ro me & conſtantinopolis.in quibus debēt iura differri.quia ab ipſis nata ſūt. & iſte dicuntur ferie ſolennes.Sunt tamen que dam alie ferie que dicuntur repentine.Et ſunt repentine ferie quas.Imperator in dicit.uel ob commemorationem hoſtiliſ & barbarice ſubiugationis.uel quia nat⁹ eſt filius uel ob ſimilia.& iſte a ſolo prin cipe indicuntur. ſi autem alius indixerit non nominabuntur ferie. hac per hoc ſi nomine eximuntur etiaʒ fructu carebūt ut non preſtent dilationem. ut.C.de fe.l a nullo. Declarato igitur qui ſint dies feriati.ſciendum eſt ꝙ i iſtis diebus feria tis non debet quis citari ad ius nec iudi ces de cauſis cognoſcere debent.nec cita ti talibus diebus tenentur ire.ut.ff. ſi qs

in ius uocando non ie.l.ii.§.fi. Immo di cit.l.in talibus maieſtati altiſſime dedica tis taceat apitor aduocatus deliteſcat nul la queq̄ urgeat admonitio preconis hori da uox ſileſcat. reſpirent a contrauerſiis litigantes.ut.C.de fe.l.ult.& ſe.Si tamen iudex patiatur aliquem uocari tempore meſſium uel uindemiarum & litigantes ſponte uenerint ſiquidem ſententiam di xerit preſentibus illis.& ſponte litiganti bus ſententia ualebit tam & ſi recte fecit qui aliquem talibus diebus euocauerit.

Et ſic no.ꝙ partium conſenſu aliquid de iure relaxatur.Si uero cum abeſſe pſe uerauerit ſententiam pertulerit etiam ab ſentibus illis conſequens erit dicere ſen tentiam nullius eſſe momenti. ut proba tur.ff.de fe.l.i.§.i.ſed licet .ſ. dictum ſit qd̄ tpre feriato non debet ius reddi nec de cauſis cognoſci. Fallit q̄nq̧ in quibuſ dam qua in diebus feriatis agi poſſunt.a guntur autem quolibet tpre feriato ea q̄ pertinent ad uoluntariam iuriſdictionē. ut emancipationes & manumiſſiones.ut C.de fe.l.actus.§.in his. Itē ea q̄ perti nent ad agriculturam.uel putationē ui nearum.uel foſſata ipſaꝝ ait enim lex.Vi ri poſiti agroꝝ culture libere licētur ibi ſeruiant quoniam frequenter euenit ut n̄ alio aptius die frumenta ſulcis aut uinee ſcropibus.i.foueis cōmendentur ne oc caſione momenti peat cōmoditas celeſti prouiſione conceſſa.ut.C.de fe.l.ii.§.tā tum.Item ea que pertinent ad diſciplinā militantem uel ſcolaticam propter libe rales artes.uel ius ciuile que feriatis die bus pagi poſſunt.ut.ff.de fer.l.pe. Item ea que pertinent ad pacem & ad concor diam faciendam.ut.C.de fer.l.fi. Item quolibet tempore appellari poteſt ſiue ſit feria repentina ſiue ſolennis. ut.C. de fer.l.fi. Item in exercenda appellatione ſimilis eſt obſeruantia repentinarum & ſolennium quia in neutris exercetur ap pellatio & tamē computātur omnes dies ut.C.de temp.ap.l.ii.§.penulti. Sed nec ſuper aliquibus feriis exercetur conten tioſa iuriſdictio. Sed fallit i caſibus quā do actio eſt perpetua tempore uel morte

r 3

UVA. BHSC. IyR_072

& đ morte dari pōt exemplū in furti act. q̄ morit̄ cū fure. & in alia acti. que moritur cū illo ꝯtra quem ꝑpetit. Itē & qđ dicit de morte. pōt ītelligi de morte rei đbite. ut qa erat bos uel ſimile. cui⁹ īteritu reus liberat̄. ut. ff. de uer. ob. l. ex legati.
De tpe aūt pōt dari exēplū ī act. cuius dies exiit ut ī redib. q̄ durat tantū ſex mēſibus & q̄to minoris q̄ āno ſinit̄. & tunc ſ. ꝗ qñ act. ē pitura morte uel tpe. attent⁹ ius dr̄ ut fiat litis cō. uel forte hodie ſatis ē executoris ꝯuētio cū p eā fiat īterruptō. ut. C. de p̄ſcri. xxx. an. l. ſicut. lite aūt cō. uel facta īterruptione. ut dictū eſt nō cogitur ulterius re⁹ litigare feriatis diebus ut ꝓbat̄. ff. de fe. l. i. ī fi. Item ēt in eo q̄ aliqd nundinaꝝ noīe accepit ut īpediret̄ uel ne ad eas defferat̄ frumētū omni tpe ius dr̄. ut. ff. de fe. l. iii. Itē publice & fiſcales cāe ēt geminis menſibus tractant̄ Idēq; etiam dicet̄ in cāis piſtoꝝ. ſ. an bonum panē faciant. non aūt ſic ī aliis ſuis cāis ſed iſte ultime cāe forte nō tractant̄ in diebus feriatis in honorē dei. ut. C. de fe. l. oēs in fi. Item ex ꝯſenſu ꝑtiū geminis menſibus ſtatutis pro meſſib⁹ & uindemiis ius dici poteſt. Si uero cū quis abeſſe pſeuerauerit iudex ꝓnunciauerit. nō tenebit ſnia. ut. s̄. dixi. In diebus aūt feriatis ob honorem dei uel principis uel ciuitatum predictaꝝ. non putant glo. ꝗ aliquid operet̄ conſenſus partium. cum & qui prohibent̄ aduocare ob reuerentiaꝫ pretoris etiam utraq; parte ꝯſentiente repellat̄ ad poſtulandū. ut. ff. de poſtu. l. quos. & ar. ff. de arb. l. feriatis. in fin. Sed hanc diſtinctōnē non putant magiſtri & gl. ſeruari in his cāis q̄ morte uel tpe piture ſunt. ut dictum fuit. s̄. uel in cāis que reſpiciūt ad pietatem. maxime minoꝝ & debiliū pērſonaꝝ uel īpoꝝ ſuſtentatōem uel ꝯſimiliū. uel que deſiderant uelocitatem propter īminentē neceſſitatem. omni ergo tpe tu. uel. cu. dabuntur. Item amonebunt̄ ne gerant qui uolunt ſe excuſare audient̄ alimenta conſtituent̄. etates probant̄ mulier uentris noīe in poſmittetur. creditor iacente hereditate cauſa rei ſeruande. Item legatariis & fideicōcā legatorū ſeruandoꝝ ī poſſeſſionē mittentur ne interim bona pirent̄. Item ꝓ damno infecto fiet miſſio. Item ꝓ exhibēdis teſtamētis ne preſtet̄ materia falſo fabricandi. ut. ff. queād. c. ap. l. i. fiet cognitio. Item dabit̄ curator bonis hereditariis cognoſcet̄ quando inſtitutus heres ex trebelliano cogatur adire ne interim īſtituto moriente fideicōmiſſum ꝑeat aut ut extimetur aſpectu atrox iniuria. aut ut preſtetur fideicōmiſſaria libertas & ꝓbatur hoc. ff. de fe. l. ii. in his enim & ſimilibus licet p̄al. l. de geminis menſibus loq̄tur non putāt gl. reuerentiam dei excludere īmo magis īducere cāꝝ examinationem que reſpiciunt ad humanitatem uel miſericordiā. Artes autē mechanice in geminis mēſibus exercent̄ & exerceri cōſueuerunt ſecus in aliis feriatis dieb⁹ ob honorem dei uel principis. uel duarū ciuitatum. ut. C. de fer. l. oēs. Ex p̄dictis igitur patet ꝗ ſi renūcio feriis quo ad qđ ualet renūciatio. & quo ad quid nō. nam q̄tum ad ferias ob neceſſitatem hominū introductas ualet renunciatio. ut. ff. đ fe. l. ii. quantum autē ad ferias ob honorem dei ſtatutas non ualet renunciatio. ut. ff. de arb. l. nam magiſtratus. & l. ſi feriatis. hec tamen ſemper obtēpto ꝗ predicta diſtinctio non ſeruetur in his cauſis de q̄bus omni tempore pōt cognoſci. de quibus ꝓxi. s̄. dictum fuit. no. s̄. in. §. itē conſenſi. Ultimo quero an teſtes cogātur quando ualet renunciatio terminat ac. ꝗ non ar. ff. de pactis ſumus. §. & in ſūma.
Item poteſt queri ſi citatus eſt aliquis die dominica uel alia feriata die ut cōpareat ſequenti die non feriata an ualeat citatio. & licet hoc fieri quandoq; uideam⁹ terminat dominus franciſcus doctor meus ꝗ nō ex eo quod dicit quedam lex. s̄. alle. ait enim lex illa in talibus diebus feriatis horrida uox preconis quieſcat. ut. C. de fe. l. omnes & hoc de renunciationibus dicta ſufficiant.

De pactis rubrica. Quia hic tractatur de pactis ꝛc.

UVA. BHSC. IyR_072

Ria ſunt illa de quibus tra
ctatur in libro noſtro no⸗
tulaꝝ.ſ.de cōtractibus pa⸗
ctis & inſtr̄is.ut.ſ. dictum
fuit in fine primi ti.huius li
bri.ſed cum dictum ſit in precedentibus
de primo.ſ.de cōtractibus. Reſtat nunc
uidere de ſecundo.ſ.de pactis. Et pri⸗
mo ſciendum eſt. ꝙ titulus iſte de pactis
diuiditur principaliter in ptes quattuor.
Prima pars ponit diffinitionē.& eius ethi
mologiam.ſ.quid ſit pactum & unde di⸗
catur pactum. Secunda pars que inci⸗
pit in.§.pactoꝝ multe ſunt diuiſiōes. po
nit diuiſiones pactoruꝫ ſex.& eas per or
dinem exponit. Tertia pars que īcipit
in.§.proſunt aūt. tractat de uiribus pa⸗
ctorum. Quarta & ultima que incipit
in.§. nūc uidendum eſt.tractat de penis
in pactis appoſitis. Eſt igitur pactum ut
lr̄a dicit. Conſenſus duorum uel pluriū
in idem alteri paciſcentium ab altero dā
dum uel faciendūꝫ.ut.ff.l.i.Et quia ſatis
competenter in littera exponitur diffini⸗
tio iſta.non eſſet opus ut multum inſiſte
rem in eius expoſitione.ſed quia expedit
ꝙ per iura probetur talis expoſitio. ideo
eam reaſumam. Dicit ergo pactum eſt
conſenſus ex hoc ꝙ dicit conſenſuſ notat
littera ꝙ in quolibet pacto exigitur con⸗
ſenſus.ut.ff.de pactis.l.i.§.conuentioniſ
uerbum. in fi.§.nam ſiue re ſiue uerbis
fiat pactum conſenſum in ſe habere de⸗
bet.Sed in aliquibus ſolus conſenſus ſuf
ficit & ſolo conſenſu perficiūtur licet res
uel uerba non interueniant.ſed quomo⸗
docunqꝫ conſenſus in eis habetur conſē⸗
ſu perfecta ſunt. & dant exemplū in uē.
lo.ſocietate man.ut inſti.de ob.ex cōſen
ſu.contra.§.i. In aliquibus autem ſolꝰ
conſenſus nō ſufficit.ut in ſtip. in qua li⸗
licet conſenſus interuenire debeat nō ſuf
ficit niſi uerbis exprimatur.ut.ff.de uer.
ob.l.i.in prin. Item quedam ſunt pa⸗
cta que licet neceſſario conſenſum habe
re debeant. tamen non ſufficit immo &
rem interuenire oportet. & re perfici di⸗
citur.ut in mutuo depoſito & ſimilibus
pactis que re perficiūtur.ut inſti. q mo.
re contrahi.obli.i.reſpōſo.Sequitur po⸗
ſtea in diffinitiōe duorum uel plurium.
Ex hoc colligit littera qđ duo uel plu
& iſta de cā debitum adhuc petere poſſū Et ad iſtam pſonalem & directā intentādam facio te ꝓcuratorem meū ut poſſis eas intentare tanq̄ ꝓcu.meus.& licet faciā te procuratorē meum in rem tū tuā. i.in debitum qđ tuū iam factū eſt p ceſſionem meā te facio ſi igitur facias pactū illi debitori de non petendo ſeruandum eſt & mihi dño qui directū & perſonalē habebā in ea preiudicat nec ulterius debitum tale petere poſſum.ut.ff.de pactis ſed ſi.§.ſed in rem.

Item pactum tutoris & curatoris pro deſſe pupillo.

N.§.iſto dr̄ ꝙ ſi pupillus aliqs uel adultus debet aliqd alicui & fiat pactū tutori uel curatori ei⁹ ꝙ iſtud debitū a pupillo non petetur ꝓdeſt pupillo & adulto.Sed an pactū tut. uel cu.nocet pupillis uel adultis.ut puta ſi ipſi remittāt debitoribus pupilloꝝ uel adultoꝝ id qđ eis debet certe nō nocet ſi mala fide & animo donandi faciunt.utputa quia debitū liqdum & clarū & de quo ꝓbationes claras habēt gratis uel pro aliquo modico per grām remittat.nā tunc nō ſunt loco dñoꝝ cum pupillū ſpoliāt ut.ff.de admi.tu.l.lutius titius.§.ſi. Si āt bona fide nō animo donandi paciſcant̄ tu.& cu.tūc bene nocet pupillis. utputa ſi debitū qđ nō eſt liquidū & de quo nullas ꝓbationes habent ꝓ modico remittatur bn̄ tenet trāſactōis pactū & pupillo & adulto p̄iudicat & ēt hoc caſu tenetur gratuita pactio bona fide facta ſi pactū ſimpliciter de nō petendo faceret tu.uel cura.Nam licet ad pupillū nihil ꝑueniat ex remiſſione controuerſie quam facit tutor non tamen ſequit̄ ꝙ fiat animo donādi.qa pupillo nihil credebat deberi nec habebat probationes aliquas.ut dictum eſt ſ̄m Azo.& Io.licet Pe.uoluit dicere ꝙ ſimpele x pactum gratuitum non ualeat ſit liquidum uel non.liquidum debitū ad diſtictionē ſuperius factam.ſ.ſi debitum pupilli uel adulti remittatur p tutorem uel procu.& eſt liquidū nō ualet pactum.ſi aūt nō eſt liqdum ūalet & pupillo preiudicat dicebat tenere in tranſactōne.In pacto aūt gratuito nō erat talis diſtinctio admittenda ſ̄m eum licet alii cōtradicunt.qa & pactum pōt utilitatem afferre.ut.ſ.dixi.& probant̄ predicta.C.đ pac.l.pactum.& de tranſact.l. preſes.&.ff.de pac.l.tutores. Vltimo no. qđ dictum eſt in tutore uel cura.habet locum in adminiſtratore ciuitatis & in prelato & in quolibet alio adminiſtratore ut ſi đ bitum ciuitatis liquidum ambitio ſe a debitore remittatur non preiudicat ciuitati.ſi autem non liquidum ſed dubium ſit & bona fide ſuper eo tranſigatur. ualet quod ipi agunt.ut prealle.l.preſes.C.de tranſac.

Nunc demum uidendum eſt quando pena in pactis appoſita cōmittitur.

Ste.§.eſt utilis ualde & notādus & idcirco ꝯtinuabo eū ad ſupiora ſ̄m etiam ꝙ littera inuit.poſt modū ad materiā eius principalem exponendam pro poſſe deſcendam.Dictū fuit ſ.in prima parte ti.de diffinitione & ethimologia pactoꝝ.In ſecunda in eoꝝ diuiſionibus.In tertia aūt ad quos porrigat̄ uires pactorum.Modo ſequitur uidere i iſta quarta particula de pena que in pactis & in contractibus apponitur.Ordinata continuatione ſciendum eſt ꝙ in littera iſta examinātur tria nobiliſſima puncta. Primum eſt quando pena in pactis appoſita committatur. Secundu3 eſt in quibus pactis pena poſſit apponi ita ꝙ peti poſſit.ſi non obſeruetur quod in pactum deductum eſt.& incipit ibi. Item no.ꝙ pacta. Tertium eſt que pena & quantum de ea peti poſſit.& incipit ibi.Item no.ꝙ pena. Sed antequā ad iſta ueniam extra litteram ad euidentia3 eorum que in littera dicuntur ponenda ſunt aliqua ad materiam preparantiam. Eſt igitur ſciendum ꝙ eſt quedam pena que delinquentibus propter delicta eorum ad ſatiſfaciendum pro delicto quod commiſerunt.& iſta ſic deſcribi conſue

UVA. BHSC. IyR_072

uit. Pena eſt delicti uel pro delicto ſatiſ/
factio que lege uel miniſtro legis impo/
nitur & imponitur pena a lege delinquē
tibus uaria ſ̃m ꝙ enormitas delicti expo
ſcit. quia iuſtum eſt ut reſpondeant pe/
ne culpis. & de tali pena non tractatur
hic. ſed de ea tractandum eſſet i nono ca
pitulo de iudiciis in rubrica de ordie ac/
cuſationis. Eſt quedam pena que d̄ uo
luntate partium in cōtractibus & pactis
apponitur & de iſta tractatur i. §. noſtro
iſta equidem poſſet ſic deſcribi. pena eſt
quedam conuentionalis ſtipulatio que ī
pactis apponitur. ut ſi quis contrauene/
nerit in ea puniatur. unde collige tu ta/
bel. ex eo ꝙ dicit conuentionalis quia pe
na in contractibus & pactis eſt ampla. et
parua ponenda ſ̃m ꝙ partes diſponunt
& ordinant non autem a te ipſo uel deſ̃
arbitrio magnam uel paruā ſtatuere ha
bes penam. Item no. ex eo ꝙ dictum eſt
ſtipulatio ꝙ pena debet per ſtipulationē
promitti non enim pena peti poteſt ex pa
cto nudo etiam incontinēti appoſito. ut
probatur. ff. de ſer. expor. l. ſeruꝰ. & no.
inſti. de inuti. ſtip. §. alteri hinc enim eſt
ꝙ nos tota die ſi bene ꝑpenditis ī noſtris
inſtrumentis in quibus penam appoſui/
mus dicimus ſub tali pena ſtipulatione
promiſſa. Item no. etiam ex eo qd̄ dictū
eſt pactis appoſuimus ut ſi quis contra/
uenerit in ea puniatur non ideo ponitur
quia ſit omnino in contractibꝰ & pactis
neceſſaria. nam ſine pena contractus &
pacta regulariter ualerent dummodo eſ/
ſent facta ſ̃m ꝙ de iure fieri debent. Sed
ideo in pactis & contractibꝰ pena appo/
nitur ut metu pene ꝑtes citius ſibi obſer/
uent ꝙ ad inuicem promiſerunt. qui enī
non obſeruat ꝙ in pacto promiſit teneť
ad penam promiſſam. utile tamen eſt pe
nam in pactis apponere & lex conſulit ꝙ
in pactis in quibus quis ſe obligat ad ali/
quid faciendum uel non faciendū ꝙ ſti/
pulator penam ibi apponat nam ſi tu ꝓ/
mittis aliquod factum facere & non facis
teneris ad intereſſe ſtipulatoris qd̄ inter
eſſe habebit ipſe ſtipulator neceſſe ꝓba/
re qd̄ erit ei ualde difficile. nam probare

tantum intereſt mea. quia tale factum nō
feciſti quod facere debebas erit multum
graue. Sed ſi pena fuerit in tali pacto ap
poſita. tunc ſi non facies ꝙ promiſiſti pe
nam totam petet ſtipulator nec habebit
probare ꝙ tantum ſua intereſt. In pactis
enim non reſpicitur interſit uel non.
Sed que ſit quātitas in pena promiſſa ut
illa tota petatur. ut hoc probatur inſtit.
de uerbo. obli. §. fi. & de inutil. ſtip. §. al/
teri. Sed hic quero quomodo proba/
tur intereſſe quando quis habet eum ne/
ceſſe probare. Reſpondetur glo. per te/
ſtes ut inuit prealleg. §. fi. inſti. de uerb.
ob. & C. de ſententiis que pro eo qd̄ in/
tereſt fe. l. i. niſi petatur ex dolo alterius
tunc enim per ſolum ſacramentum. ut.
ff. ꝙ ui aut clam. l. ſemper. §. hoc inter/
dicto & Codice unde ui lege ſi quando.
His itaq; premiſſis redeo ad ea que in
littera tractantur. Et primo uideamus.
quando pena in pactis appoſita commit
tatur. i. quando ſit commiſſum illud in
pacto per quod pena poſſit peti. Et cer/
te ad hoc ſciendum. ſ. quando ſtipulatio
penalis committatur. littera diſtinguit &
bene. quia aut preceſſit eā ratio hoc mo
do ſi ſtichum non dederis. x. nomine pe
ne dabis. & tunc committitur eum dare
uel facere poſſe deſiit. ut. ff. de uerb. ob.
ita ſtipulatꝰ. in fi. niſi in quattuor caſibuſ
quos breuitatis cauſa omitto. Si autem
conditio non preceſſit ſtipulationem pe
nalem. ſed alia pactio. utputa promitto
ſtichum dare alioquin nomine pene da
bo. C. tunc ſubdiſtinguitur. quia aut illa
pactio precedens eſt obligatoria. ut qa
ſit pactum ueſtitum & tunc committitur
pena cum dare uel facere poterit & non
fecit. ut prealle. l. ita ſtipulatus quaſi di/
ceret nō ante. nam & alia ſunt neceſſaria
ut cōmittatur. ſ. ꝙ ſit in mora. ad qd̄ exi/
gitur ꝙ intelligat ſe debere. ut. ff. ſi cer.
pe. l. ꝙ te. & qd̄ aliquod modicū ſpaciū
precedat. ut. ff. de coll. bo. l. ſi quis filiū.
§. fi. & ad hoc facit. ff. ad. l. fal. l. i. §. item
ſi ita. Si aūt precedens apctio nō ſit obli
gatoria. ut qa ſit pacum nudum ſup quo
pena eſt appoſita. tunc cōmittitur pena

UVA. BHSC. IyR_072

lite conteſtata in principali.ut.C.de con
trahen.ſti.l.nuda. Sed quō ſup eo cuius
nomine nō eſt actio lis cōteſtari poterit.
nā ex pacto nudo non datur actio.ut di
ctū fuit ſupra in ſcd̃a diuiſione & ſic uide
tur ꝙ non poſſit conteſtari lis ſup nudo
pacto.ar.ff.d̃ neg.ge.l.ſi pupilli.§.fi.Re
ſpondet do.Io.ꝙ fiet cont.ſup pactione
nuda de facto.que licet nullum habeat ef
fectum ut ex ea fiat condēnatio uno abſo
luto.quaſi ex inepta actiōe ualet quantū
ad penam cōmittendum penaꝫ ſic.&.ff.d̃
uer.ob.ſi titius. Et ſi queras qualiter de
calumnia iurat actor. Reſpōderi pōt nō
iurat actor quia non ꝓcedit uel iurat ꝙ
nō facit animo calumnie & uerum iuret
ſic.&.ff.de neg.geſ.l.ac qui na.§.cū me.
Et hec dicta ſunt ad ſciendū qn̄ ſtipula-
tio penalis cōmittat̄.Si autem queras de
ipſa principali ſtipulatione quādo cōmit
tatur dic ꝙ ſi eſt pura ſtatim cōmittitur
ut.ſ̃.dictum fuit de obli.in.§.Item alteri
Si eſt in diem illa committitur aduenien-
te die.ſi eſt conditionalis committitur ad
ueniente conditione.ut.ff.de uerbo.ſig.
l.cedere diem.Sed uiſo quando ſtipula-
tio penalis & etiam ſimplex qua cōmitta-
tur uidenduꝫ eſſet utrum ea cōmiſſa ſiue
penalis ſiue principalis ſic purgari poſ-
ſint.Et dicunt glo.noſtri triplicem opi-
nionem ſuper hoc.ait enim.M.ꝙ ſiue ſit
penalis ſiue non.ſiue in iudicio facta ſiue
extra mora purgatur niſi ſit lis con.ut.ff.
de uerbo.obliga.l.ſi inſulam.uel niſi ius
actoris ſit factum deterius ut.ff.ſi quis
cauti.l.& ſi poſt tres.&.ff.de arbitris.l.ſi
cum dies.§.fi.&.l.ſequenti.B. autem di-
cit idem in ſtipulatione pura que non pe
nalis eſt.ut promitto facere domum ut.
ff.de uerbo.obligatio.l.qui inſulam.&.
l.ſi ita quis.§.ſeia.&.l.ſi quis ſeruum.§.
ſequitur.ſi autem eſſet penalis non licet
purgari.ut.C.de contrahen.& com. ſti.
l.magnam.&.ff. de actio.& obligatio.l.
hetice.§.de illo ubi circa indicia uerbuꝫ
purgatur ſi ius actoris non ſit factum de
terius.ut.ff.ſi quis cauti.l.& ſi poſt tres.
Nam alia multa circam iudicia etiam ſūt
ſpecialia.Si quis enim certa die iudicio ſi
ſti promiſerit. & iuſto impedimento ſta-
re non potuit iuuabitur.ut.ff.ſi quis cau
ti.l.ii.in contractibus autem difficultatē
preſtationis ad incōmodum promiſſoris
ut.ff.de uerbo.obliga.l.continuus.§.il-
lud in fin. Item quando circa arbitria
ī quibus & poſt diem legalem pena pur
gari poteſt. Et ut melius uideas de iſta
pena in compromiſſis appoſita.ſcias ꝙ ſi
arbiter in quem compromiſſum erat ſub
pena condemnauit aliquem & non appo
ſuit diem infra quem parere debet cōdē-
natus ſententie ſue. ĩ.illud tempus tunc
parere ſcilicet ꝙ habent condemnati per
diffinitiuam ſententiam.ſ.infra quatuor
menſes.& ſi infra tempus illud non pare
ret incidit in penam quam purgare pōt
ſi dare uoluerit quod iuſſit arbiter anteq̄
iudicium ſit inchoatum ſuper pena utiq;
niſi eius inter fuit tunc ſoluere. Si autem
arbiter poſuit diem habet ille condem-
natus parere infra illam diem quam ar-
biter appoſuit & ſi non facit incidit in
penam quam non poteſt purgar̄ licet po
ſtea offerat. ſi autem ille cui iuſſus erat
dare ſponte obligatum acceperit penam
poſtea petere non poterit doli exceptio.
remouendus.ut predicta probantur.ff.
de arbi.l.ſi cum dies.§.fi.l.ſe.&.l.celſus.
Et collige ex predictis ꝙ mitius agatur
cum lege q̄ cum miniſtro legis. Opinio
nem autem domini.B.circa predicta ap-
probat Io.& Acur. Ceteri doctoreſ aliā
opinionem habent circa penam purgan
dam quam non recito breuitatis cauſa.

Item nota ꝙ & quando pacta fiunt.

Iſo quando pena in pactis appo
ſita cōmittatur. Videndum eſt in
quibus pactis pena poſſit appo
ni ita ꝙ peti poſſit ſi non obſeruetur qd̕
in pactum promiſſum eſt.& ad hoc uidē
dum ſciendum eſt.ꝙ aliqua pacta fiunt
ſecundum leges.aliqua contra leges ali-
qua preter leges.Equidem alia pacta fie-
ri dicuntur ſecundum leges que fiunt ſe
cundum ꝙ leges & iura diſponunt.ut qa
fiūt a talibus pſonis que paciſci & ſe ob-

UVA. BHSC. IyR_072

ligare poſſint & ſuper talibus reb⁹ & fa-
ctis que in pactum deduci poſſint & ſolē
nitate iuris ueſtita ſunt.ut.s̄.e. in prima
diuiſione dictū fuit & iſta pacta ſunt ſer
uanda & ualent & tenent. & in eis pena
optime apponi poteſt & ualet promiſſio
pene & pactum principale non tn̄ utrun
q; peti poteſt.ſed unū ex his petitur. uel
ſcilicet ꝙ principaliter in pactum deue-
nit.uel pena niſi eſſent dicta illa uerba q
bus noſtri tabellio.tota die utuntur.ſ.ꝙ
pena ſoluta ratum maneat pactum. quia
tunc utrunq; peti poteſt ut hec legūtur.
ff.d pactis.l.reſcriptum.§.fi.&.ff.de trā
ſac.l.qui fidei.Sed quid ſi quando in trā-
ſactione fuit pena promiſſa & tunc ma-
nente pacto uellet ſtipulator petere pe-
nam & tranſactionem reſcindere & pro-
miſſor pene nollet.Reſpondet Ac.prefe
rendus eſt actor.i.ſti.pene.quia preſumi
tur hoc pactum fauore eius inuētū unde
non debet in leſionem retorqueri. Sed a
li contra eum dicunt interpretandū tan
quam ambiguum.ut de hoc plene notat
prealleg.l.qui fidem.Contra leges ſit pa
ctum quando aliquid promittitur qđ le
ge prohibetur & dantur exempla in litte
ra.utputa ſi promittatur res ſacra uel re-
ligioſa.uel liber homo & talia pacta non
ualent.Sed quid ſi pena in eis apponatur
nec etiam illa ualebit.nam qđ ſit contra
legem pro infecto haberi debet & omne
id ꝙ ex eo uel ob id ſubſecutū eſt. ut.C.
de le.& con.l.non dubium &.ff. de uer.
ob.l.ſi huiuſmodi &.l. ticia. preter leges
ſiunt pacta quādo aliquid pacto promit
titur qđ neq; a lege expreſſim prohibet
nec expreſſe permittitur.utputa cum fa-
ctum alienum promitto uel cum ſtipu-
lor alteri. hec enim uero improbātur ex
preſſim a lege non enim dicit prohibeo
ne aliquis alteri ſtipuletur.ſed dicit alte-
ri ſtipulari uel paciſci nemo poteſt. non
enim ex hoc prohibet ſed nec etiam per-
mittit quia ſi talia ſiant non habent effe-
ctum & ſic lex talibus pactis non reſiſtit
ſed non aſſiſtit & talia pacta facta preter
leges non ualent.ut dictum eſt.Sed quid
ſi pena in eis apponatur bene ualet ſtipu

latio pen̄e iñ talibus. licet principale nō
ualeat.dum tamen pena legittime conci
piatur.ut dictum fuit.s̄.de ob.§.fi.& ꝓ-
bantur predicta inſtit.de inutil.ſtip.§.al
teri.Et ſic no.hic ꝙ licet principale non
ualeat.ualet tamen acceſſorium regulari
ter autem contra.Nam ubi principale n̄
tenet nec acceſſorium.ut.ff. de reg.iu.l.
cum principalis &.l.nihil.§.i.

Item nota ꝙ pena ꝛc.

Ic examinatur tertia pars.§.no-
ſtri principalis.ſ.q̄tum poſſit pe
ti de pena in pactis appoſita.ſi a-
liquis in eam incidat.& ad hoc ſciendū
littera diſtinguit & bene quia aut pena
adiecta fuit quantitati pecunie.aut datio
ni ſpeciei.aut facto.ſi adiiciatur quantita
ti pecunie.utputa promitto dare.x.i paſ-
ſcate ſub pena dupli.& tunc ipſa pena q̄
tuncunq; & qualiſcunq; ſit reducitur ad
legittimum modum uſurarum ſortis ꝓ-
miſſe. ut quantum pro uſuris potuiſſet
creditor ex permiſſione legiſ ſtiuulari ſu
per ſorte illa in tantum de pena illa con
demnetur ſi debitor in eo uero ꝙ pena il
la excedit modum & quantitatem quam
creditor ſtipulari pro uſuris ex diſpoſi-
tione legis poteſt non exigere. nec in eo
debitor condemnatur. Et hec uera ſiue
adiiciatur quantitati mutui ſiue precii ſi-
ue alteri numerationi pecunie.ut.de uſu
ris.l.cum allegas.&.ff.de act.emp.l.iul.
§.ibidem.Et ſi queras uſq; ad quem mo-
dum & quam quantitatem poteſt ex di-
ſpoſitione legis quis pro uſuris ſtipula-
ri. Reſpondet ꝙ maiores uel minores
ſecundum diuerſitatem perſonarum.il-
luſtres eni & ſup illuſtres uſq; ad tertiā
partem uſure centeſime nomine uſuraꝝ
ſtipulari poſſunt ultra uero non.cente-
ſima enim uſura eſt que ſorti equipatur
in anno. & talem non poſſunt illuſtres
& qui ſuper eos ſūt ſtipulari.ſed uſq; ad
tertiam centeſimam ut dictum eſt. ideſt
ſi ſors ē.xii. uſura ſit anno quattuor uel
ſi ſors eſt .xxx. uſura in anno ſit decem
mercatores aūt ſeu negociatores ſtipula

UVA. BHSC. IyR_072

ri poſſunt pro uſuris uſq; ad beſſem centeſime.ita ꝙ ſi ſors eſt.xii.uſura in anno ſit.viii.uel ſi eſt.xxx.uſura ſit.xx. alii aũt omnes homies ſtipulari poſſunt ſemiſſeni centeſime.ita ꝙ ſi ſors eſt.xii.uſura ſit in ãno.vi.uel ſi ſors eſt.xxx.uſura ſit.xv. in ãno.In traiectiua aũt pecunia licet ſtipulari uſuram centeſimam. Et eſt centeſima ut dixi que ſorti equipantur in anno & eſt cẽteſimus numerus ꝯpletus & perfectiſſimus eſt & nihil ultra ipſum numeratur niſi redeas ad primum.ita & uſura etiã centeſima eſt que plenior uel maior eſt omni alia uſura.Item preſtatur uſura centeſima in aliis caſibus quos breuitatiſ cauſa non recito & probatur hoc.C. de uſuris.l.eos.Et predicta ſunt uera de iure antiquo codicis.nam propter mundi neceſſitates & anguſtias imperator iuſtinianus ex toto non potuit ceſſare obligationem uſurarum.ſed tantũ eas minorari.ut in prealle.l.eos & ad certum modũ reduxit.Sed iure nouo autem.ſ.Acur.& Azo.uſure ex toto tolluntur & extinguũtur.ut no.in auten.de ec.ti.circa princi. ubi dicit lex ſeruandas regulas ſanctarũ quatuor conciliorum ſunt enim prohibite ut glo.dicit in uicenen.concilio & allegat.xvi.di.c.quandoq;.Item ſi nulla lex diceret adhuc non ualet cum ſit contra legem dei & inferior non poteſt tollere. l.ſuperioris.ut.ff.ad trebell.l.ille & quo §.tempeſtiuum.&.ff. de arbitris.l. nam & magiſtratus.Item paulus dicit durum eſt contra ſtimulum calcitrare. Item contra naturam eſt ut ſeruus tollat legẽ domini ſui.ut.C.de pactis.l. ſeruus non ergo ſtipulatio non pignus non iuramẽtum de his preſtandis tenet.ut.C.đ leg. & conſti.l.nõ dubium.pro hoc etiã multum facit preallega.auten. iuſtiniani eſt de ſuis ultimis.unde iam quaſi penituiſſe uidetur de eo ꝙ permiſerat eas.Nã poſteriora prioribus derogant.ut.ff.đ iure codicillorum.l.diui.§.i.& dele.i.l.ſi mihi & tibi.§.fi.Sed ſi uſure correcte & ꝓhibite ſunt iure ciuili & diuino ſecundũ ꝙ dictum eſt ſi pena adiiciatur quantitati qualiter de iſta pena tractabitur cum ñec ut pena petatur.nec etiã ut uſura legittima cum ſit ille modus a lege ꝑmiſſus pro uſuris ſtipulandis correctus.Rñdent quidam & condẽnadum eſſe in tanta q̃titate noie pene q̃ta eſt legittima uſura ꝙ non placet Ac. quia ſemp poſſit ſtipulari quis noie pene etiam uſuram dic ergo ſ̃m Ac.& condẽnandum inquantũ intereſt ad que facit.ff.pro ſoc.l.ſociuꝫ.

Si aũt pena adiiciatur ſpeciei promitto tibi dare equũ uel librum uel aliã ſpeciem illa pena exigitur tota.Idẽ eſt ſi adiiciatur facto.utputa promitto domũ edificare uel libꝝ ſcribere.ſub pena.x.librarũ.naꝫ pena adiecta ſpeciei uel facto exigitur tota.ut ꝓba.ff.de acti.emp.l.iuti⁹ &.C.de tranſac.l.promiſſis.Sed id proxime dictum uidetur contra.inſti.de acti. §.omnes autem.ubi dici uidetur ꝙ ultra quadruplum pena peti non põt.ad hoc multe fuerunt ſolutiones quas non dico breuitatis cauſa.Sed glo.uidetur diſtinguere legalem penam ut furti.que quadruplum non excedit & conuentionali ĩ pactis & contractibus de uoluntate partium appoſita que ſi apponatur per hec uerba.duplum triplum quadruplum.

Idem eſt ut quadruplum non excedat ut prealleg.§.omnes. ſi autem apponatᷣ in certa ſumma pene conuentionalis.ut puta promittis tale quid ſub pena.C.librarum.uel.M.librarum.tunc quantũcunq; ſit peti poteſt.ut inſti.de inuti.ſtipula.§.alteri.&.ff.de uer.obli.ſtipulatõ iſta.§.alteri.

Quia in ſumma noſtra in tractatu de inſtrumentis

Via utputa iura dicunt nihil uꝛ eſſe actum donec aliquid ſupeſt ad agendũ.ut. C.ad ſil.l.cum ſillianum in fi.Idcirco đclarato de duobus de qb⁹ tractatur ĩ libro noſtro notularum.ſ.de contractibus & pactis ꝯueniens eſt de tertio de quo etiam in eodem libro tractaᷣ.ſ.de inſtr̃is aliqua breuiter ꝑtractare.Et ut materia huius tit. poſſit

UVA. BHSC. IyR_072

aperte declarari. puto utile fore ãteq̃ ad
materiam de qua hic ꝑcipaliter tracta
tur fiat deſcenſus aliqua diſcutere de ſi/
gnificatione natura & fide hui⁹ uocabu/
li inſtr̃i. & poſtmodũ ad publicationes i
ſtrõꝝ. de quibus eſt principalis intentio
erit gradatim deſcendendũ. Circa pri
mum igitur tria uidenda ſunt. ſ. Prio
quot mõis accipiat̃ inſtr̃m in iure & in
qua ſignificatione accipiat̃ hic. Secun
do q̃d ſit inſtr̃m ſ̃m modum acceptum.
Tertio de diuiſione inſtrõꝝ & quibus
inſtrumentis ſit fides danda. hoc aũt no/
men inſtrumentũ pluribus modis in iu
re ponitur. nam aliq̃n large. ut cõprehẽ
dat omne ꝑ q̃d causa inſtruit̃ & ſ̃m hoc
teſtimonia & ꝑſone etiam teſtiũ q̃b⁹ cã
inſtruitur inſtrõꝝ loco habetur. ut. ff. de
fide inſtru. l. i. q̃nq̃ ponitur inſtrumẽtũ
pro appatu fũdi quo exercetur poſſeſſio
ut. ff. de fundo inſtruc. & inſtrumẽto le.
l. q̃ſitũ. i. r̃nſo quinimmo & inſtrumentu
põt dici oẽ i d quo mediãte artifex ſuum
ꝑficit artificium. uñ fabri ferrarii incudo
malleus & tenacule ſunt inſtr̃m quia his
mediantibus inſtruit & ꝑficit op⁹ ſuum
Sed & alio mõ ſumitur inſtrumentũ i iu
re pro carta ſeu ſcriptura facta ſuper ali/
quo negocio ad probationem ipſius &
ſic accipitur. C. de fide inſtru. l. i. & in ta/
li etiam ſignificatione accipitur hic in lr̃a
noſtra. Diffiniri autem põt inſtrumen
tum ſ̃m ultimã ſuam ſignificationẽ ſic in
ſtrumentũ eſt ſcriptura ſolennis & ſpãliſ
facta ad probationẽ alicuius negocii. uel
ſic ſi publicum inſtrumentũ tantum dif
finire ueliſ. Inſtrumẽtum publicum eſt
ſolennis & rite ordinata ſcriptura ꝑ autẽ
tice perſone manum publice cã memo/
rie facta. Diffinitur ãt inſtrumentum
etiam ſ̃m illam ſignificationẽ in plures
partes. Nam inſtrõꝝ aliud publicũ. alid̃
priuatum aliud appoca. aliud aut appo/
ca. & aliud forenſe. Publicum inſtru/
mentum eſt illud ꝙ ſcriptũ eſt manu pu
blica. i. tabel. Nam tabellio publica ꝑſo/
na dicitur. ut inſtit. de adop. §. cum autẽ
alie autem ꝑſone quo ad notarie officiũ
priuate ſunt & ſuis non creditur ſcriptu

ris. ut iam. ſ̃. patebit. Itẽ ad hoc ut iſtru/
mentum ſit publicũ debet hr̃e formã pu
blicam. i. ꝙ habeat publicationes q̃ in in
ſtrumentis publicis apponi debet. ut ſũt
anno dñi indicio dies & alie de quib⁹. ſ̃.
ſtatim dicam. Si enim deficerent publica
tiones non eſſet inſtr̃m publicum ut. ſ̃.
patebit in talibus utiq̃ inſtrumentis pu/
blicis datur talis regula in iure. publicis
inſtrumentis pleniſſima fides datur ſine
altero aminiculo. ut. C. de probati. l. cũ
precibus & in auten. de fide inſtrõꝝ. l. ſi
non moriatur. Et q̃d dixi in publicis in
ſtrumentis pleniſſima fides dat̃. uerum
eſt niſi probetur ꝯtrariũ. probari. n. põt
contra publicum inſtr̃m regulariter. ut
preal. l. precibus. Et ſi queras per quot
teſtes probatur contra publicum inſtr̃m
R̃ndeo per quattuor uel q̃nq̃ teſtes ſ̃m
Az. nam ſi. iiii. uel. v. teſtes bone opinio/
nis hõies dicunt ꝯtra inſtr̃m. tunc putat
Az. magis teſtibus eſſe credendũ. Sed
an ſi duo dicant contra publicum inſtru
mentum derogatur inſtro. quidam ꝙ ſic
quaſi ſit pl⁹ uiue uoci q̃ mortue credẽdũ
ar. in auten. de fide inſtru. §. ſi uero tali.
quod non eſt uerꝝ. nam ut ait lex in exer
cendis litibus eãdem uim optinẽt tam fi/
des inſtrumentoꝝ q̃ depoſitiones teſtiũ
ut. C. de fide inſtru. l. in exercendis. cum
ergo publicum inſtrumentum tantũ ui
habeat ut duo teſtes habent non ſuffici/
unt duo teſtes ad eum ĩpugnandum. qn/
immo & q̃nq̃ maiorem uim habeant pu
blica inſtr̃a q̃ teſtes ut in caſibus in qui/
bus neceſſarium ẽ ſcripturam interueni
re quos nõ recito breuitatis cauſa. Sed
quid ſi tres teſtes dicunt contra iſtrumẽ/
tum publicum. R̃ndeo ſ̃m Az. ꝙ nõ ſuf
ficiunt. nam inſtrumentum optinet uim
duorum teſtium. & tabellio reputatur ꝓ
tertio. ſicut tres ſufficiunt eum. licet glo.
do. Ac. i preal. l. exercendis. poſita uidea
tur tenere ꝙ ſufficiãt tres. dicit. n. ibi gl.
duo non ſufficiunt ad reprobandum pu
blicum inſtrumentum. ſed tres uel quat/
tuor ſic. Item ſi teſtes aliqui dicunt ꝓ
inſtrumento uel in eo ſcripti. uel non tot
ut dictum fuit. ſ. uel plures erũt neceſſa

ui

UVA. BHSC. IyR_072

rii contra inſtrumentum. Reſpondet ac. ꝙ ſic quia inſtrumentum uicem duoruȝ tenet ut dictum eſt. Item & preter ipꝫ ſunt probationes. ut pſonis. ut. ff. de pig. l. contrahiť predicta uera ſunt ubi directo teſtes cõtra publicum inſtrm depo nunt. ſi aũt non directo ſed per obliquũ dicunt cõtra publicum inſtrm. ut uerbi gratia in inſtro quodã contineť ꝙ ego i tali die Bono. pmiſſi aliquid. ego ut dero gem illi ſcripture probo ꝙ in tali die erã rome. tunc enim cõtradiciť inſtrõ p quo dam obliquũ. nã ſi fui rome nõ potui eẽ eadem die Bono. & ſic innuo promiſſionem ſeu cartam nõ eẽ ueram. tunc dicũt aliqui forſan ſufficiunt duo teſtes ad im pugnandũ inſtrm ſic per obliquum. ut. ff. de reſti. ubi uel dicas hic etiã exigi tres ſm Acur. uel forte quatuor ſm Azo. ut ſupra dictum fuit. Quedam ſunt publica inſtrumenta. que probationẽ incõtrarium non recipiunt ut confeſſio facta in inuentario & cõfeſſio facta a muliere i interceſſione uidelicet qñ cõfiteť aliquid habere pro iterceſſione aliqua de quibus dic. ut no. in. x. ca. in rubrica quibus ex cauſis inſtrumentum reddatur ſuſpectũ in fi. Contra inſtrumentum autem priuatum poteſt probari contrariũ p duos teſtes omni exceptione maiores. ut. C. de contrahen. ſtip. l. optimã ſm az. Vnũ tamen no. ꝙ quando fidei inſtrumenti d rogatur mea confeſſione. ut ecce produxi inſtrumẽtum qđ dicebas falſũ & ego poſtea profeſſus ſum me nõ uſurũ eo uideor enim confeſſus ſcripturam non eſſe ueram & ideo non habetur poſtea fides. ut. C. de fide inſtru. l. iii. Item qđ dictuȝ eſt. s. ꝙ publicis inſtrumentis fides plena adhibetur uerum eſt ſi nõ ſit ſuſpecta nam. ſi eſſent ſuſpecta. uel ratione perſone utputa quia ſint ſcripta per illum qui alias malas fecit ſcripturas. uel quia uiciata eſſent in ſui prima figura non adhiberetur eis pleniſſima fides. Et nota. ꝙ ſcriptura publica non debet eſſe in ſui prima figura uiciata. i. in prima conſiſtentia. ut ex quo prima uice ſcripta eſt nihil ſit detinctum aditum uel mutatum ſcđm quoſdam & beñe. Et ſic ſollicite cauendũ eſt ne in inſtrumentis publicis fiant cãcellationes uel adductiones ſeu abraſiones uel uituperationes ex quibus prima figura inſtrumenti uiciatur. & ſic ei non datur pleniſſima fides. ut. C. de edi. adri. tol. l. fi. & C. de proba. l. iubemus. calumnioſam enim ſcripturam uim obtineř nõ oportet. ut. ff. de fide inſtru. l. ii. imo que eam oſtendit niſi ueritatem aſtrinxerit ut falſarius punitur. ut. C. de proba. l. iubemus. Io. tamẽ uoluit dicere ꝙ publico in ſtrumẽto fides plena adhibetur. licet prima litterarum figura ſit in aliquo mutuata dum tamen bene correcta ut alii littere non ſint diſſimilis ſed eiuſdem omnino notarii uideatur. Sed quid ſi in prefatione teſtamenti ſint talia. ſ. cancellatõnes uel mutationes non autem in illis locis in quibus conſiſtit ſubſtantia uel ius teſtamenti. Reſpondet gl. ac. non eſſe neceſſe ar. ff. C. de tranſa. l. ſi ex falſis. Itẽ quandoꝙ redditur inſtrumentum ſuſpectum ſi ſit inciſum. ut. ff. ſi tabule teſtamẽti nulle ex. l. i. §. pe. an ãt uetuſtas uel corroſio uermium uel alterius animalis noceat dicendum eſt ꝙ non ut. ff. de ſecun. ta. l. i. §. pe. & ar. ad diem. C. de teſtamen. l. noſtram. licet poſſit notari ar. in contrarium. ff. ſi tabu. teſ. nulle extabũt. l. i. §. ſi heres. Item ꝙ dictum eſt publicis inſtrumentis datur pleniſſima fides. uerum eſt ſi ſint autentica & originalia. ſi autẽ exempla eſſent non daretur fides. ut. C. d eden. auten. ſi quis in aliquo documento niſi exemplata eſſent coram iudice auctoritatem ſuam interponente ut in auten. ut factũ filii. §. illud. & de hoc plene no. in decimo. c. ſumme noſtre. debẽt & alia multa concurrere ad hoc ut fides detur publicis inſtrumentis. de quibus. j. aliqua ponetur. Priuatum inſtrumentuȝ eſt illud quod ſcriptum eſt a priuata perſona. & dicuntur quantum ad hanc materiam priuate perſone omnes illa que non habent officium tabellionatus. & in iſtis equidem inſtrumentis. traditur regula talis. priuatis inſtrumentis non eſt fides adhibenda niſi per teſtes probenť

UVA. BHSC. IyR_072

& per comperationem litterarum.ut.C.
de proba.l.inſtrumenta. Et circa hanc
materiam conſueuerunt doctores ita tra
dere ut uirtus priuate ſcripture cogno-
ſcatur. Diſtingue quia aut priuata ſcrip-
tura eſt facta in fauorem eius qui ſcripſit
eam. utputa ſi ſcribo talis debet mihi.x.
& tunc non ualet.ut.C.de proba.l.exē-
plo.aut eſt facta contra eum qui eā ſcri-
pſit.utputa ſcribo me debere tantum illi
ex tali cauſa.ſubeſſe enim debet cauſa ut
dixi.ſ̃.de obligationibus. in .§. litteris.
& tunc ſi ille qui ſcripſit confiteatur ſcri-
pſiſſe eam ſtatim preiudicat & probatur
contra eum preterq̄ in cōfeſſione mutui
& dotis & ſoluti in quibus non preiudi-
cat niſi poſt certa tpra.ut dixi.ſ̃.đ renū.
in.§.except. Si autem ille qui ſcripſit ne-
garet ſcripſiſſe tunc non preiudicat ei &
ideo probari habet tunc per teſtes uel p
comperationem litterarū eum ſcripſiſſe.
Si autem ſcriptura priuata non produca
tur pro ſcribente nec contra ſcribentem
ſed quoſdam cōtra alios.ut ecce tu ſcrip
ſiſti ꝙ debebas mihi .x. pro tali cauſa p
quibus tu obligas bona tua ego uolens
agere ypo.in illis bonis inuenio quēdaꝫ
qui dicit ſibi ypo.bona illa que mihi ob-
ligaſti & adducit in inſtrumentum pub-
licum in quo continetur ꝙ habet bona
ob.Et ego producam meam ſcripturam
priuatam per te factam in qua ut dixi cō
tinetur qđ bona fuerunt mihi obligata
& anteq̄ fuiſſēt aduerſario meo & ipſe op
ponitur ꝙ mea eſt priuata ſcriptura.uñ
credi enim non debet certe dicitur in le
ge ꝙ ſi ſcriptura iſta priuata habeat ſub-
ſcriptionem trium uel amplius probate
& integre opinionis teſtium publice cō-
fecta uideatur ut fidem faciat quaſi publi
ca ſcriptura.ut.C.qui po.inipi.ha.l.ſcri
pturarum.Et ſic no.uerſus. Cautio pri-
uata ſub tercio teſte notata.hoc ius ē na-
cta ꝙ cautio publice facta. Appocha
āt ē ſcriptura facta đ receptis.utputa cō
fiteor me recepiſſe tantum a tali quo fit
a creditore & datur debitori.nam ad uti
litatem debitoris fit per eam enim oſten-
dit ſe ſoluiſſe quod debebat. ut notatur.
C.de fide inſtrumēto.l.plures appochis
Antapocha eſt ſcriptura facta de ſolu
tis.& fit a debitore in hunc modum.con
fiteor me tantum penſionis nomine ſol-
uiſſe & datur creditori.nam ad eius ſecu
ritatem fit.qui.n.alieno nomine poſſedit
& penſionem ſoluit ſi quādo dicat ſe ſuo
nomine poſſediſſe.& ita ſe dominum fa-
ctum preſcriptione ius agentis facit ual-
cillare niſi probet dominus penſiones ĩ
preteritis annis ſibi ſolutas. probat autē
per antapocham debitoris ut prealle.l.
plures. Forenſe inſtrumentum eſt il-
lud quod factum eſt ex his que fiunt in
foro.i.in iudicio.& dicuntur tales ſcrip-
ture acta ſiue geſta.& per tabellionē ſcri
buntur & generaliter que publicam for
mam habent & ſic dicta ſunt quia eis uti
mur in foro.ut no.C.de fide inſtru.l.cō
patiōes. Antapochis āt et ātapochis ſi
ſtr̄is daŕ fides quēadmodū publicis ſi pu
blica ſunt. Si autem priuata quēadmo-
dum priuatis. ſ̃m ea que ſuperius nota
fuerunt. Sed an forenſi inſtrumento ñ
ſcripto per manum publicā ſit fides ad-
hibenda. ut publico terminat do. Ac.ꝙ
non.ut prealle.l. comparationes.no.li-
cet ſit arg.contra.e.de dona.l.donationi
bus. His itaq; ſicut in hac prefatione
prelibatis redeundum eſt ad materiam
principalem.ſ. ad publicationes que in-
ſtrumentis publicis ponuntur de quib'
ſpecialiter in iſto loco tractatur.Et ante
q̄ ad hoc ueniam ſciendum eſt ꝙ in quo
libet inſtrumento publico duo princi-
paliter continentur.ſ.publicatiōes & ne
gocii tenor qui quidem negociorum te-
nor dicitur ipſe contractus qui īter par-
tes contrahitur & ordinatur. & uidetur
hoc innui.ff.de pac.l.iuriſgen.§.ꝙ fere.
& de iſtis tenoribus negociorum nō tra
ctatur in hoc ti. ſed de eis plene tractaŕ
ſuper uolumine ſumme noſtre.ſ̃.enim i
uenitur qualiter tenor ueditionis per-
mu.dona.dictetur.& qualiter tenor do-
tis mutui depoſi.dicetur.ſ̃.clare inuenie
tur & de omnibus tenoribus ferre ſuffi
ciens inuenitur doctrina.nam aliqui te-
nores habent.vi.capitula.aliqua decem



UVA. BHSC. IyR_072

aliqui per ptes diuiduntur. prout in ſuis locis aperte uidebis. Solum ergo de alia parte. ſ. inſtrorum. ſ. de publicationibus tractatur hic. unde ad id qđ dicitur ĩ rubrica. ſ. quando dicit de inſtrĩs ſubaudiaſ ideſt de publicationibus inſtrorum nõ enim tractaſ hic de inſtrumentis quantum ad omnes partes. ſed quantũ ad unã tantum. ſ. quantum ad publicationes circa publicationes equidem inſtrorũ tria uidentur in littera noſtra tangi. primo q̄ re dicantur publicationes. Secũdo quot ſint & que. Tertio quare & quõ quilibet in inſtrumentis publicis apponi debeat. Ideo autem publicationes dicũtur ut litera dicit quia publicam autenticam & fide dignã reddunt ſcripturã. ut in auten. ut preponatur nomen. imp. in princi. & quia in inſtrumẽtis apponi debẽt & ſcribi ſolum per manũ publice perſone hoc eſt notarii qui eſt publica perſona. ut in ſti. de adop. §. cum autem. &. ff. rem pu. ſa. fore. l. ii. Sunt enim publicationes que in inſtrumẽtis apponuntur & apponi de iure debẽt multe. ſ. anni domini nomen imperatoris regnantis tpe conditi. inſtrumenti & armis imperii eiuſdem nomen conſulis tunc tpis ĩ cõſulatu exiſtẽtis indicio menſis & dies & menſis ĩ quo inſtrumentum conficitur locus ubi fit ĩſtrumentum. teſtes qui ĩterfuerunt & nomen tabellionis qui inſtrumentum ſcripſit cum ſubſcriptiõe ſua. ut de iſtis probatur in auten. ut preponatur nomẽ imperatoris in rubro & nigro. Et ſiqua alia in inſtrumentis de conſuetudine aliquorum locorum ponantur. ut forſan determinare tempus inſtrumenti & compoſitione ciuitatis utputa xp̄o ãno & compoſitione talis ciuitatis ſecure apponat tabelliones illorum locorum. nam preall. auten. ut preponatur nomen impera. nõ prohibet ꝙ ipſi non apponant ea que đ conſuetudine cõſueuerunt apponere ſed precipit ne ſuperiores publicatiões omittant. Tertio loco eſt ſpecialiter đ quolibet tractãdum. ſ. quare & quomodo apponantur. ſed quia quedam de ſuperioribus in inſtrumentis de conſuetudine nõ apponuntur ideo ordine ſuperiori omiſſo de eis primo que de conſuetudine nõ apponuntur aliqua breuiter dicamus pᵒ modũ ad alias per ordinẽ deſcendentes.

Nomen igitur imperatoris ĩpatis tẽpore conditi inſtrumẽti poni debere: qa lex hoc precipit. Itẽ armis ĩperii eiuſdem poni ẽt deberet. quia lex ſimiliter ꝑcipit Item & nomẽ ꝯſulis qui tũc tpis eſt quia lex etiam precipit. ut preal. autẽ. ut ꝑpo. nomen impe. §. i. & ſic inuenies in antiqs inſtrĩs ſi inſpiciaſ. & niſi illa apponuntur poſſet opponi ad inſtrm. ſ. ꝙ non ſit ei fides danda. quia non concurrunt ea que concurrere debent ad hoc ut inſtrumentum reddatur publicum & autenticũ & cum obmiſſa ſint ea que lex mandat apponi licet conſuetudo modo hic non ſeruet. ut. ſ. dixi. poni autem poſſet iſta forma ſi quis uellet ea ponere. Anno domini milleſi. cc. nonageſimoſeptimo ĩperii ſacratiſſimi Fredrici ĩperatoris anno ſexto cõſule tali uel conſulubus talibus. ut hec forma tradi uidetur prealle. auten. ut prepo. §. i. Nunc enim eſt uidendũ de illis publicationibus. que đ iure & cõſuetudine ponuntur inſtrumentis publicis. Sed primo de inuocatione nominis domini. que ante omnia ĩ publico inſtrumento eſt ponenda. Circa quaꝫ duo ſint uidenda. ſ. primo quare ponaſ. Secũdo quõ ponaſ. Apponiſ aũt hec inuocatio. quia leges ciuiles & diuine hoc dicũt & exempla bona ſuadent. ait enim ciuiliſ lex inſtrumentum ĩchoetur auctore deo ut in auten. de prepo. no. impe. §. i. & ad hoc facit in auten. de armis in princi. & de queſtore. circa princi. &. C. de offi. ꝑfec. pre. affrice. l. nomine domini de lege autem diuina patet aperte. ait enim paulus. Quicquid dicimus quicquid facimᵘ totum in nomie ieſu faciamus. Exempla bona hoc etiam uolunt. nam uidemus cunctos peritos in ſuis negociis ſemper inuocationem premittere. & bona exempla ſunt ſequenda. mala uitanda ut. ff. de iudi. l. obſeruandum. & de hoc. C. probatio. l. exemplo ex hac enim inuocatione conſequimur debitum effectum eius

UVA. BHSC. IyR_072

ꝙ agere intendimus. Nam ſi principium
fuerit decens & amabile deo cetera debi
tum ſocientur effectui. ut in auten. quõ
opor. epõs & ce. clericos ad or. perdu.
circa prin. Ponenda autem eſt inuocatio
breuiter ſub forma tali. In nomine dñi
amen. uel in dei nomine. uel in nomine
dñi noſtri ieſu xp̃i uel in ip̃i nomine amẽ
uel in nomie patris & filii & ſpũs ſancti.
Et quidam ſic eam ponunt in nomine ſã
cte & indiuidue trinitatis qđ bene facere
poſſunt. quia non refert in qua forma de
predictis apponatur conueniens tamen
eſt ut breuibus uerbis ponatur talis iuo
catio. iuxta illud breuis oõ penetrat ce/
lum. & quia nec uerboſa oratione uten/
dum eſt teſti. uel tabellioni. ut. C. de pre
ci. impera. offeren. l. inſtrumentoꝝ &. C.
de appel. l. ampli oratione. §. in refutace
rus. Poſt inuocationem autem ponũtur
anni dñi qui currunt tunc quando fit in
ſtrumentum. Circa quos annos tria bre/
uiter uidẽda ſunt. ſ. primo quomodo po/
nantur. Secundo quare ponantur. Ter/
cio quando mutentur anno domini. Eq
dem anni domini ponuntur iſta forma.
In nomine dñi amen anno eiuſdem ſi in/
uocatio precedat nos dicimus anno eiuſ
dem & ſi inuocatio non precedat dicim⁹
ſimpliciter anno dñi milleſimo. CC. no/
nageſimo. vii. & iſte dictiones anno dñi
milleſimo ꝛc. in ablatiuo caſu ſic prolate
reguntur a prepoſitione in uel ſub hic q̃
ſi intellecta dicat in anno uel ſub anno
dñi ꝛc. uel poteſt dici ꝙ abſolute ponan/
tur. Sequitur uidere quare apponantur
anni domini circa qđ eſt ſciendum ꝙ le
ge aliqua non cauetur ꝙ apponi debeãt.
ſed cauſa dicendum eſt ꝙ apponendi ſũt
& alias non ualet inſtrumentum qđ de
conſuetudine eſt ꝙ apponantur. ergo ap
poni debent & alias non ualet qđ agitur
ut in auten. ut prepo. no. ipera. circa prĩ.
&. §. ſi qua ibi. n. legit̃ ſi qua uero apud
oriẽtis habitatores aut alios homines ob
ſeruatio cuſtodiat̃ ei nõ inuidemus. qua/
ſi dicat nõ immuto aliquid de hoc ſed po
nant ſ̃m conſuetudinem eoꝝ hoc tamen
ado dicit ipſe ꝙ ponam nomẽ impatoris

& annũ impii & ꝯſulẽ. ut. ſ̃. dixi in. §. no/
mẽ digit̃ & ẽ etiã ꝯſuetudo generalis ut
ãni ponãt̃. uñ & ſi lex diceret ꝯtra tñ ui/
ceret eam ꝯſuetudo. ut. ff. de le. & ſe. ꝯ. l.
de quibus in fi. Ponuntur inſup anni
dñi alia ratione. ſ. propter tp̃is inſtrumẽ
toꝝ cognoſcendũ nam & per eos habe/
mus aliqualem cognitionem qđ inſtr̃m
fuerit factum ante & qđ poſt. licet ñ ple
ñam per eos ſolos & expedit in multis ca
ſibus ſcire qđ inſtr̃m fuerit ante factũ. &
qđ poſt & maxime qñ agitur ypo. in bo
nis alicuius per plures creditores. nam
tunc q prior eſt tp̃e potior eſt in iure. C.
qui po. in pig. habẽ. l. ii. Mutant̃ aũt ãni
dñi uariis temporibus ſ̃m uarias opi. ho
minũ. Mutant. n. aliqui eos in circũciſio
ne dñi que fuit in Klendis ianuarii. & iſti
non uidentur proprie mutare. nam cer/
tum eſt ꝙ in die klendaꝝ ianuarii dñs
noſter ieſus xp̃s non primo accepit car/
nem humanam. nec etiã ea die ſuam con
tradixit natiuitatẽ a qua anni dñi ꝑut ip̃e
fuit homo ceperunt habere principium.
ſed ipſi forſan ſic mutant. qa ſequi uolũt
curſum romane eccleſie. que mutat ſuũ
annum in Klendis ianuarii. ut patet i klẽ
dario. quod habet principium ſuum in
Klendis ianuarii. uel forſan ſic mutant
quia in tali die conſueuerunt officiales
mutare & conſueuerunt in tali die hono
rem & adminiſtrationem ſuſcipere aliq
ut patet in conſulibus romanorum qui
in Klendis ianuarii conſulatum igredie/
bantur. ut. ff. de peti. he. l. item ueniunt.
§. pridie. & de condi. & demon. l. plum/
bius. & in auten. de conſul. circa mediũ
ti. Alii ut illi de Tuſſia mutant annos do
mini ab incarnatione dñi que fuit in fe/
ſto beate marie. quod feſtum celebratur
vii. die exeunte Martio & iſti melius faci
unt q̃ ſuperiores. cum in tali die xp̃s do/
minus noſter inceperit aſſumere carnẽ
humanam. unde anni eius poterunt inci
pere ibi q̃tum ad hoc quia incepit carnẽ
habere humanam & ſic in eadem die mu
tari poterunt reuoluto circulo. xii. men
ſium. Alii ut illi de patria iſta mutant
annos dñi in natiuitate eius. que fuit in



UVA. BHSC. IyR_072

menſe decembris.& iſti uident proprius
omnibus aliis qd' oſtenditur ſic. Ná aut
deſcribimus annos dñi ꝓut ipſe fuit ho/
mo.aut prout fuit deus.Et certum eſt ꝙ
ꝓut fuit deus nõ deſcribimus.qa nõ poſ
ſemus.Ná ſm hoc nec habuit principiũ
nec habebit finem.& ſic reſtat.ut deſcri/
bamus annos eius ꝓut fuit homo.& tũc
in natiuitate eius que fuit in menſe decẽ/
bris.Et iſti uidentur ꝓprius mutare oĩ/
bus aliis qd' oſtendit habuimus eos inci/
pere reuolutis.xii.mẽſibus ĩ eadẽ die mu
tare.Nam hoc cuilibet patet ad ſenſuꝫ ꝙ
ãnos cuiuſlibet hoĩs incipimus & de ſua
noĩamus a natiuitate & mutamus poſtea
reuolutis.xii. menſibus in eadẽ die. non
aũt incipimus eas ab eo die in quo rece/
pit carnẽ in corpore matris.& ſic ãni dñi
in natiuitate cõſueuimus mutari uident
conſuetudinẽ tamen regionis in hoc ſer/
uarem ar.preal.auten. ut ꝑpo.no.impe.
circa.prin. Poſt annos domini ponit
indicio que currit tũc tpis quando iſtru
mentũ conficit circa quaꝫ ſunt breuiter
tria diſcutienda.ſ.primo quõ ponatur.Se
cũdo quare.Tertio quid ſit idicio.& quõ
inueniatur. Equidem indicio iſta for/
ma ponitur.In nomine domini ãno eiuſ
dem milleſimo.cc.nonageſimo.vii.indi/
tione decima uel inditione.i.uel quarta
uel indicione.xv.ponẽdo illam idicionẽ
currit eo tpe quo fit inſtrumentũ. Et itel
ligas etiá ꝙ ſubauditur hec ꝑpoſitio ĩ uel
ſub quaſi dicat in inditione.uel ſubindu/
cit tali.Non tamen multũ refert ĩ qua for
ma ponatur ex quo tantũ poſita inuenia
tur. Secundo ſcias ꝙ iſta indicio appo
nitur duabus rõibus.una eſt.qa lex má/
dat eam ponendá eſſe ergo neceſſario ap
poni debet.ut preal.auten.prepo.no.im
pe.&.§.i.alia ratione ponitur ut per eam
cognoſcamus tp̃s inſtr̃i ꝙ expedit quan/
doqꝫ ut.s̃.dixi in annos dñi ná per eá ali
qualẽ cognitionẽ tpis inſtrumenti appre
hender poſſumus licet & ſine ea poſſem⁹
ea plene per annos dñi & per diem men/
ſis cognoſcere tempus inſtrumenti . ut.
j̃.clarius patebit. Sed & tertio ſciẽdũ
eſt ꝙ inditio eſt curſus.xv.annorum.di/
citur autem inditio ab indicendo.i. preci
piendo.unde inditio ideſt preceptio uel
preceptum.Fuit enim quoddam iductũ
ſeu preceptum ab Imperatore factum ut
j̃.patebit.& dicitur iſta inditio ſecunda
& tertia.prout eſt infra curſum.xv.anno
rum.ultra autem non extenditur . ſed a
prima incipit.unde no.ꝙ cum tabellio/
nes.dicunt in inſtrumẽtis inditio prima
intelligitur ꝙ ſit primus annus inditio/
nis & ſic de ſingulis.Nam inditio eſt pro
prie curſus .xv.annorum.ut.s̃.dixi.licet
non appellemus quemlibet annum con/
ſiſtentem infra quindenarium numerũ.
ideſt iditionem.ex inde autem habetur i/
ditio ut littera dicit & bene ꝙ antiquitus
romani ſingulis.xv.annis recipiebant tri
butum de toto mundo & erat in primo
quinquennio ferrum ut inde fierent ar/
ma militibus romanis.Secundo quinquẽ
nio argentum.ut inde haberẽt ſtipendia
milites. Tertio quinquennio aurum qd'
in erario ponebatur.ut tempore neceſſa
rio pro republica romanorum expende
retur.unde adhuc hodie ſuam⁹ curſum
illorum trium luſtrorum.ſ. horum.xv.
annorum & inditionem appellamus.qa
ſic tributa indicebantur antiquitus.Si au
tem eam inditionem uelis colligere.acci
pe annos qui ſunt .mcc. nonaginta.vii.
& eis addas tres annos.quia tantus ann⁹
erat tempore natiuitatis xp̃i ſcilicet terti⁹
inditõnis.& diuide per.xv & ſemper abii
cias illam quindecimam cum habueris
numerum completum quindecim an/
norum ĩuenies te habere iditionem deci
mam & ſi plene uis ĩuenire uideas hic in
textu ſumme noſtre ubi ponuntur mul/
ta exempla.& quando pría ſit & quando
ſecunda ibidem dicitur ꝙ non dico bre/
uitatis cauſa.Et no.etiam de hac iditõne
per glo. ordinarium de iuſtiniano .C.
cum ſit ĩ ſi. Poſt iditõnem debẽt poni
dies & menſis ĩ quo factũ fuit iſtrumen
tum nam non ſufficeret ponere diem ſo
lum ſine menſe.utputa ſi diceret aliqs ĩ
die ueneris uel ĩ die lune talis ꝓmiſit.x.
& de menſe aliquá nõ faceret mentõem
d̃bet ergo põi & dies & mẽſis utputa die

UVA. BHSC. IyR_072

tertia februari. uel intrante februario.ut
iam. ī.parebit. & probatur etiam in p̄re
alle.autentica.ut prepo.no.impe.§.iꝗcir
ca diem autem quattuor breuiter ſunt ui
denda.ſ.primo quare dies in inſtrumen
tis ponatur.Secundo de quo die loquat
littera que dicit diem apponendū eſſe.
Tertio quō appōi debet dies.Quarto lo
co erunt quedam querenda circa mate
riam iſtam. Dies igit̄ in inſtrumentis
publicis ponitur duabus rōnibus. una
qa lex precipit ꝙ apponatur dies & men
ſis & conſuetudo ēt ſeruat.ut preal.ti. ut
preponatur.circa princi.& inſtit.de inu
ti.ſtip.§.Item uerboꝝ obli. Et ſi non ap
ponatur nō ualet inſtrm̄. ut preall.ti.§.
ſi qua.Secūda ratione apponitur dies &
menſis in publicis inſtrīs.ut per hoc co
gnoſcatur tempus inſtrumēti ꝙ multis
cauſis cognoſcere expedit.ut.ſ. dixi naꝫ
per annos domini ſolos & per indicionē
etiam non plene cognoſcebamus tēpus
inſtrumenti.imo poteramus multum de
cipi.ſed per diem & menſem adiunctum
annos dn̄i pleniſſime cognoſcimus tp̄s i
ſtrumenti nec ullo modo decipi poſſu
mus ſi bene computemus.Si tamē inſtrā
aliqua facta fuerunt in menſe decembris
& contendatur de tp̄e ipſoꝝ facile ꝙ poſ
ſet quis errare niſi bene aduerteret. Sed
bene examinetur non erratur.& in men
ſe illo.& eſt ratio quare in menſe illo ci
tius erratur quia in tali menſe mutatur
annus ſm̄ nos de patria iſta qui mutamꝰ
in natiuitate domini que eſt.vii die exeū
te decembri.& ex hoc naſcitur iſte error
ꝙ nouus annus incipit & menſis non ē
terminatus.Aliis autem qui non mutant
annos domini in menſe decembris non
imminetur iſte timor in tali mēſe ſed for
ſan in illis menſibus in quibus mutant
annos idem eſſet eis ſi nundum termina
tio menſe nouum annum inciperet. Et
conſueui legendo lectionem iſtam dare
exempla quomodo facile poſſet contin
gere error in eo q non bene auertetur i
menſe predicto.ut ecce ponamus ꝙ re
periatur quoddam inſtrm̄ habens tp̄s ta
le.milleſimo.CC.nonageſimo.vii.die ter
tia exeunte decēbri.Mar.pmiſit ꝛc.& ali
ud repitur in hūc modū. MCC.nonage
ſimo.vii.die tertia intrante decembri.R.
pmiſit.ꝛc.Si queratur ꝙ iſtoꝝ inſtrumē
torum fuit ante factum. Rn̄deret forſan
nō bene aduertēs illud qđ dicit die ter
tia intrante.nam iſtud fuit factū in pri.
menſis aliud autē qđ dicit die tertia exe
unte fuit factum in fine menſis & tamen
decipitur taliter.rn̄dens quaſi per annū.
nam illud qđ dicit tertia die exeunte fuit
factum in principio illius anni.M.ducē
teſimononageſimo.vii.licet quaſi in fine
menſis decembris. Et aliud qđ dicit die
tertia intrante reuoluto circulo multoꝝ
menſium illius anni fuit factum quaſi in
fine eiuſdem anni.licet circa princi.men
ſis decembris. Formatur & aliud exē
plum tale pone ꝙ reperiatur quoddam i
ſtrumentum habens tempus in hūc mo
dum.MCC.nonageſimoſexto.die octa
ua exeunte decembri.R.promiſit ꝛc.& a
liud reperiatur in hunc modum.MCC.
nonageſimo.vii.vii.die.exeunte decem
bri.R.promiſit ꝛc.Si queratur quod fu
it factum ante. reſponderet forſan aliqs
illud quod fuit factum in nonogeſimo.
vi. & bene in hoc.ſed p quantum tempꝰ
ante.reſpondet̄ forſan non bene compu
tans per unum ān̄um.nā illud dicit no
nageſimo.vi.aliud dicit nonageſimoſep
timo & ſic diceret ipſe patet ꝙ illud pre
cedit iſtud bene per unum annū.ſed de
cipitur quia non aduertit ad diem inſtru
mēti illud qđ dicit nonageſimoſexto die
viii.exeunte decembri extitit factum in ul
tima die illius anni in uigilia natiuitatis
domini que eſt.viii. die exeunte decem
